PROLEGOMENA CRITICA

IN

VETUS TESTAMENTUM HEBRAICUM

QUIBUS AGITUR

I) DE CODICIBUS ET DEPERDITIS ET ADHUC EXSTANTIBUS,

II) DE TEXTU BIBLIORUM HEBRAICORUM QUALIS TALMUDISTARUM TEMPORIBUS FUERIT

SCRIPSIT

HERMANN L. STRACK, PH. DR.

Codicibus emendandis primitus debet invigilare sollertia eorum qui Scripturas divinas nosse desiderant.

Augustinus, Doctr. Chr. II, 14.

LIPSIAE

SUMPTUS FECIT J. C. HINRICHS.

MDCCCLXXIII.

FRANCISCO DELITZSCHIO,

JOH. HENR. RAPH. BIESENTHALIO,

LIPSIENSIBUS

PROLEGOMENA HAEC

UT GRATISSIMI ANIMI PIGNUS

DEDICAVIT

HERMANN L. STRACK.

Lecturo Benevolo
S. P. D.
Hermannus L. Strack.

Unoquoque fere mense novas scriptorum Graecorum et Romanorum editiones criticas publici iuris fieri, multum praeterea operae hoc saeculo a Lachmanno, Tischendorfio, aliis in Novo Testamento emendando collocatum esse cum viderem, magnopere dolui quod Bibliorum Hebraicorum textus post de-Rossii mortem perpaucis tantum curae fuit. Quo factum est ut quidquid in me virium esset Criticae Sacrae dare apud me constituerem.

Nunc ea quae tres per annos collegi iudicio tuo committo. Quodsi incepto meo faveris, plura de eadem re scribere mihi in animo est.

Primae opusculi mei paginae cum Martio iam mense typis expressae essent, sperabam fore ut brevi hic liber perficeretur; bis tamen (causas enarrare longum est) typographorum opus interruptum est. Verum ne hoc quidem tempore Prolegomena mea cordi mihi non fuisse, Addenda te docebunt, quae cum meas curas posteriores exhibent, tum *S. Baerii, Derenburgii* (v. p. 116. 117), *Geigeri, Steinschneideri* benevolentiae debentur. Facere praeterea non possum quin *Berlinero, Biesenthalio, Lebrechtio* animum gratum tester. Haud raro enim mihi erranti viam rectam monstraverunt, saepius etiam me librorum a Judaeis scriptorum notitia non satis imbutum monuerunt ne libros raros qui ad propositum meum facerent neglegerem. — Nec minus *Geigero* (jüd. Zeitschr. für Wiss.

u. Leben, 1872, p. 140—143), *Kautzschio* (Liter. Centralblatt 1872, c. 702. 703), *Wiedemanno* (Allgem. Literatur-Zeitung, 1872, p. 195) qui de primo opusculi meo fasciculo*) benevole iudicarunt hoc loco gratias ago quam maximas. Vale!

Berolini Pridie Calend. Octobres anni MDCCCLXXII.

---

*) Prolegomena critica in Vetus Testam. Hebr. . . ad summos in philosophia honores ab universitate literaria Lipsiensi impetrandos scripsit *Hermannus Strack* Berolinensis. Fascic. primus. Lips. 1872. 29 pp.

Argumentum

Exordium.

הן רבים עתה השבושים בם (in Bibliis Hebr.), לא יאמין איש כי יסופר.
Approb. Rabb. libri *Or Thora.*

אבדה עצה מבנים נסרחה חכמתינו ונשתכחו תורותינו וכמה סיגים וטעיות נפלו בתורתינו הקדושה.
Praef. Pent. et Hapht., Amstelod. 1751.

Valde optandum esse ut universa Scriptura S. quam integerrime conservetur inter omnes constat. Neque vero multos per annos Veteris Testamenti textus curae fuit viris doctis, vel certe perpauci tantum in integritatem eius operam studiumque ita contulerunt ut Biblia Hebraica critice emendata prelo subicerent. Qua de re si quis dubitet evolvat quaeso editiones V^is^ T^i^ et intelleget eorum adiumentorum quibus opus est ad textum emendandum aut nullam aut parvam tantummodo rationem habitam esse. Ii enim qui saeculis proximis textum Hebraicum ediderunt plerumque nihil fecerunt nisi quod libros antea impressos perpaucis tantum locis mutatis denuo typis exscribendos curarunt:[1] tot autem tribus saeculis novi errores sunt illapsi ut nunc vera lectio saepe prope ignota reddita sit.[2] Non dicimus neminem per amplius

1) *Jo. Bernh. de-Rossi* (proll. ad Var. Lect. V^is^ T^i^, Parmae 1784, § X, p. XII): annon demum fatentur omnes critici fontem hodiernarum editionum vel vulgati textus esse Biblia Veneta R. Jacobi Chajim an. 1525, hanc autem editionem mendosam esse, ex mendoso codice haustam, insignia ac manifestissima in sacrum textum et secutas omnes vel fere omnes editiones menda invexisse ac singulares lectiones nulla codicum auctoritate firmatas." — Qua ratione editiones inter se cohaereant, paucis verbis dicit *De-Wette* (Einleitung ins Alte Test., ed. VIII., cur. Schrader, Berol. 1869, § 127, ed. VII. § 95).

2) Multi loci nos docent quanto dolore Judaeos doctos affecerit magna lectionum diversitas, v. *Lonzanum* in Or Thora multis locis, Rabbinos qui approbationes suas libro eius addiderunt, editorem Pentateuchi Amstelod.,

trecentos annos emendando V^is^ T^i^ textui operam dedisse: fuerunt enim iam ante Kennicottum Judaei [3]) nonnulli qui summo cum studio maximaque cum diligentia id agerent, ut Biblia Hebraica erratis librariorum et typothetarum liberarentur; sunt autem libri eorum tam rari ut saepe vel magna pecunia emi non possint hancque ob causam iis qui nostris temporibus Vetus Testamentum edendum curarunt vel de re critica scripserunt plerumque ignoti.[4]) Huc accedit quod libri dialecto Rabbinica literisque Rabbinicis scripti a perpaucis tantum Christianis intelleguntur. [5])

Inter libros qui apparatum criticum habent primum quoad tempus tenet locum ספר מסורת סייג לתורה, quem scripsit R. *Meïr ha-Levi*, fil. Todros, Hispanus.[6]) Magnae semper auctoritatis fuit apud Judaeos haec „saepes Legis", cuius rei testis gravissimus est Norzi, qui mare se transvectum esse ut libri Meïriani exemplar emere posset affirmat. Mirum igitur est quod non nisi bis prelo subiectae sunt Todrosii in Pentateuchum adnotationes criticae,

---

an. 1751, praefat. (hos laudat *Bruns* ad *Kennicotti* dissertat. general. § 61, p. 129. 131), *Norzium*, e cuius praefatione (non exstat in Bibliis Mantuanis) nonnulla communicávit De-Rossi proll. § X, p. XI. Afferantur praeterea loci aliquot ex Norzii commentario critico. Ad Jesaiae cap. 54, v. 1 haec scribit: ואני יושב משומם בראותי רבוי החילופים שנפלו בספרים ורע עלי מאד המעשה כי בכל יום ויום הולכים ומתרבים והמדפיסים הולכים חשכים ואין נוגע להם, ואין דורש ואין מבקש. Ad libr. II. Reg. cap. 18, v. 29: מי יוכל לתקן את אשר עותו הסופרים והמדפיסים מימים קדמונים...והנה אנחנו מגששים כעורים באפלת המחלוק׳ ואין אנו מצליחים את דרכינו למצא חפצנו...ה׳ יגיה חשכנו ומאפל ומחשך עיני עורים תראינה. Ad Prov. 7, 25: תעה לבבי פלצות בעתתני בראותי ריבוי החילופים שנפלו בספרים. כלנו כצאן תעינו איש לדרכו פנינו ואין מי יורה דעה ידין כהלכה. cf. etiam ad Ezech. 11, 19., Zachar. 11, 5., Psalm. 46 fin., Esra 2, 50. — Multos errores editionum recentiorum enumeravit *Franciscus Delitzsch* in praefatione ad librum Geneseos quem edidit *S. Baer* (Lips., Tauchnitz, 1869).

3) Omittimus h. l. omnes Christianos priorum temporum quia versionibus praecipue usi sunt (enumerantur in: *Wilhelm Friedrich Hezel*, Versuch einer Geschichte der biblischen Kritik des A. T., Halle 1780), nobis enim de codicibus tantum et de temporibus Talmudicis nunc agere in animo est. — De *Buxtorfio* et *J. H. Michaelis* v. infra adn. 14.

4) Ab *Hezelio* (l. l.), ut alios taceam, Meïr ha-Levi, Lonzano, Norzi ne uno quidem verbo commemorantur.

5) Bene *Buxtorfius:* „Hebraeorum autem scripta legere et intellegere non est cuiusvis; ad id enim adminicula plura requiruntur quibus plerique carent, et quibus suppetunt, iis non illico iuvantur."

6) Toleti vixit, obiit anno 1244. A Judaeis הרמ״ה, a De-Rossio Todrosius nominatur.

primum Florentiae, an. 1750 fol. min., deinde sed minus accurate Berolini an. 521 (1761 p. Chr. n.) fol.[7]) Continet hic liber omnes Pentateuchi voces secundum literarum ordinem digestas dicitque de unaquaque voce qua ratione scribenda sit, utrum plene an defective etc.

Secuta est *Lux Legis* אור תורה. *R. Menachem ben-Jehuda di Lonzano*, cui hunc commentarium criticum in libros Mosis [8]) debemus, cum praeter scripta Masoretharum et Grammaticorum decem codicum perantiquorum [9]) lectiones diligentissime contulerit, merito a Judaeis summis laudibus ornatus est. *Lux Legis* primum edita est Venetiis [5]378 (1618 p. Chr.), 4^to^, una cum quinque aliis eiusdem viri docti opusculis sub titulo שתי ידות, quae editio rarissima est; [10]) postea seorsim est recusa Amstelod. 419 (1659 p. Chr.), 4^to^ (hac editione usus sum), Homburgi, Berolini (1745).

---

7) Plura de hoc libro v. apud *De-Rossium*, proll. § XXXVI p. XL, *Wolfium* (Bibl. Hebr. I p. 748. 749. II p. 536), *Paul. Jac. Brunsium* (adnot. ad Kennic. diss. gen. § 57, p. 111—119. 121, et in: Neues theol. Journal [ed. Ammon, Hänlein et Paulus] VI p. 765 sqq.).

8) Lectiones varias, quas L. in reliquis Scripturae S. partibus secutus est, passim laudat *Norzi* in Minchath Schai, ut ad Esth. 9, 2. Prov. 8, 16.

9) cf. epilogum libri Or Thora: והגהה זו עשיתי על פי עשרה ספרים כתיבת יד או יותר שכל א׳ מהם לא נכתב במאה זהובים ומהם קדמונים בני תק״ אי ת״ר שנה. ועל פי כמה מסורות כ״י. ועל פי ספר מסורת סייג לתורה שחבר הר״מה ז״ל. ועל פי קרית ספר שחבר המאירי ז״ל ועט סופר לרד״ק וספר שמן ששון וספרים אחרים. Liber עט סופר paucis ante annis editus est (Lyck 1864, 8^vo^), sed male. De ספר שמן ששון (ψ 45, 8) v. *Wolfium* (Bibl. Hebr. I p. 572, n. 982, tom. II p. 535) et *Jul. Fürstium* (Biblioth. Judaic. III p. 250, sub: Jos. Sason). De libro קרית ספר nihil novi affert *Wolfius* (B. H. I p. 743. 744); manu scriptus exstat Londini in bibliotheca Beth ha-Midrasch, v. *Leop. Dukes* (Die Schätze der hebräischen Literatur in London, Lit.-Blatt des Orients, 1849, col. 449 sq.), nunc publici iuris factus est Smyrnae, 1863 fol., (una cum Kisse debirchata, dissert. de mensur., ponder., nummis Talm.), neque vero librum ipsum ut viderem ad hoc usque tempus mihi contigit. — Haud raro lectiones Pentateuchi quem Esra scripsisse dicitur commemorat (Gen. 4, 13. 7, 11. 10, 26. 25, 6 al.); de codicibus Hillelis et Sanbuki v. infra Lib. I. § 2 et 3, p. 15 sqq.; nonnumquam usus est libris editis (דפוס פארטוגאל, ad Ex. 8, 1. Num. 32, 6 al.).

10) v. de hoc libro *Wolfium* (B. H. I p. 765—767, quo loco etiam R. Simonis iudicium laudatur, tom. II p. 536. 537), nec non *Olav. Gerhard. Tychsenium* (Tentamen de variis codicum Hebraicorum .. generibus, Rostoch. 1772, p. 303 adnot.). — Praeter librum *Minchath Schai* Norzi scripsit שאלות ותשובות *quaesita et responsa* (Mantuae 348 [p. Chr. 1588] 4^to^), v. *Wolf.* B. H. I p. 1080, n. 2011.

Longe autem his duobus anteferendus est *Jedidia Salomo Minnorzi*,[11]) non solum quia in omnes Bibliorum libros commentarium criticum scripsit sed etiam ob insignem eius diligentiam et doctrinam.[12]) Plus centum per annos libri huius praestantissimi pauca tantum exempla manu scripta exstabant, neque enim Norzio ipsi ut ederet contigerat. Consilium quidem habuit edendi, ut apertum est ex praefatione, in qua et titulus quem operi suo daturus erat[13]) et annus quo prelo id subicere in animo habebat (וברית שלו״ני i. e. [5]386 = 1626 p. Chr. n.) commemoratur, sed nescio quo casu impeditus est. Magna igitur gratia habenda est *Raphaeli Chajim Basila* qui Mantuae [5]502. [5]504 (p. Chr. n. 1742. 1744) Norzii adnotationes novae Bibliorum editioni addendas curavit. Plura de Bibliis Mantuanis v. apud *Tychsenium* (befreytes Tentamen, Rostoch. 1774, 8vo, p. 80—129) et *P. J. Brunsium* (Repertorium für bibl. u. morgenländ. Litteratur, Lps. 1780, part. VI p. 180. 181) qui Norzium, ut firmaret lectionem a se probatam, non solum libros Sacros manu scriptos sed etiam editos saepe consuluisse demonstrat. De notis quas adiecit Basila legatur *F. W. Dresde* (programma quo commendantur Raphaelis Chajim Basila, Judaei recentioris, exercitationes criticae in diversitatem lectionis Codicis Ebraei ab Everardo van der Hooght observatam, Wittenb. 1774. 4to). — Perrara sunt exempla editionis Bibliorum Mantuanae. Liber מנחת שי quem ego possideo separatim prodiit Vindobonae (ספר מנחת שי ... מהרב ... ידידיה שלמה מנורצי Wien 1813, 4to). Praeterea impressus est Norzii commentarius criticus in Bibliis Rabbinicis Varsoviensibus (1860—1866, 12 vol., fol. min.), in interpretationibus librorum Biblicorum quas scripsit Malbim, etc. —

Christianorum qui apparatum criticum in Testamentum Vetus Hebraicum collegerunt primus[14]) fuit *Beniamin Kennicottus*, professor Oxoniensis. Qui cum annis 1753 et 1759 dissertationes duas de „ratione textus Hebraici“[15]) scripsisset, Biblia Hebraica una cum lectionibus variis e librorum manu scriptorum et editorum copia ingenti haustis prelo subiecturum se esse promisit. Multos in omnibus Europae partibus viros in horum Bibliorum usum codices perlegere cum notum esset magna fuit libri Kennicottiani exspectatio,[16]) sed frustra multos per annos. Tandem prodiit *Vetus Testamentum Hebraicum cum variis lectionibus*, Oxonii, 1776. 1780, 2 tom. fol. Alii aliter de hoc libro iudicarunt,[17]) nobis multum temporis et laboris sine magno usu in conficiendo hoc opere collocatum fuisse videtur; qua de re in capite quo agitur de codicibus nonnulla dicemus. Hoc loco satis fecisse nobis videmur, si commemoraverimus, *Paulum Jacobum Brunsium* (cuius opera in colligendis lectionibus variis magnopere adiutus est Kennicottus), permulta errata irrepsisse in hanc editionem eorum culpa qui „imperiti et artis criticae plane rudes“ codicum lectiones college-

---

11) מנורצי i. e. *Nursinus*, Nursia (nunc Norcia) oriundus. A viris doctis nunc semper fere *Norzi* vocatur.

12) Non solum multis codicibus Vis Ti Hi et Masoris manu scriptis usus est sed etiam nonnullis commentariis Masorethicis, quorum saepissime laudat librum *Minchath Kohen* (auctore Joseph b. Schneor ha-Kohen) qui prodiit Körgismi (Gismi) prope Constantinop. 358 (1598), v. *Wolfii* Bibl. Hebr. II p. 535, *Jul. Fürstii* Bibl. Judaic. II p. 134.

13) גודר פרץ *reparator ruinae* (Jesai. 58, 12). R. Ch. Basila libro Norziano nomen fecit מנחת שי, neque enim praefatio auctoris nota ei videtur fuisse.

14) Praetereo h. l. cum alios quosdam parvi momenti tum *Joh. Buxtorfium* filium, qui multa collegit quidem neque vero edidit. V. de eo *Briani Waltoni* Proll. (VIII § 22): „Integrum librum magno studio composuit in quo non tantum ex libris omnibus impressis sed etiam ex MSS. plurimis variantes omnes lectiones collegit et in corpus digessit iudiciumque suum de singulis adiecit: opus hactenus a nullo Christiano temptatum; cuius titulum nuper communicavit ipsumque librum se brevi editurum promisit“; praeterea *Kennicott.* diss. gen. p. 251—253. 480—481 (ed. *Bruns.*). — Biblia Halensia quoque (ob locos parallelos quos adducunt magni aestimanda), quae edidit *J. H. Michaelis* (1720), h. l. non nisi cursim commemoranda sunt, quia in iis pauci tantum codices iique non satis diligenter collati sunt: multae enim lectiones magni momenti omittuntur, v. *Kennic.* diss. gen. § 127 (p. 272. 273 ed. *Bruns.*), § 150 (p. 304. 305).

15) *Beni. Kennicott:* the state of the printed hebrew text of the Old Testament considered, Oxford 1753, diss. II Oxford 1759. — Latine vertit *W. Abr. Teller:* dissertatio super ratione textus Hebr. V. T. ..., diss. I. Lps. 1756, diss. II. Lps. 1765.

16) Omnium instar unum afferam exemplum, sc. *Beni. W. Dn. Schulze* (Vollständigere Kritik über die gewöhnlichen Ausgaben der hebr. Bibel, Berol. 1766, praefat.).

17) Judicia nonnullorum laudantur in *Jacobi Le-Long* Bibliotheca Sacra (Part. I., cap. I., sect. I., § XLII., tom. I. p. 61—64, ed. *Masch*, Halae 1778, 4to). Nonnulla opuscula minora perrara, quibus de Kennicotti libris agitur, exstant in bibliotheca Universitatis Lipsiensis v. *Catal.*, Exeg. Appar. tom. I. fol. 195. 196.

rint libere fateri (in: *Eichhorn*, Repertorium für bibl. und morgenländ. Litteratur XII, Lps. 1783, p. 242 sqq.).[18] In fine voluminis alterius exstat Kennicotti *dissertatio generalis in Vetus Testamentum Hebraicum*, quam denuo edidit *P. J. Bruns* (Brunsvici 1783) magno suarum adnotationum numero addito.

Multo maioris momenti sunt *Variae lectiones Veteris Testamenti ex immensa manu scriptorum editorumque codicum congerie haustae ... opera et studio Joh. Bernh. De-Rossi* (Parmae 1784—1788, 4 tom. 4to), quibus an. 1798 addita sunt: *Scholia critica in V. T. libros, s. supplementa ad varias S. textus lectiones.* De-Rossi enim 1) libro suo praemisit prolegomena, in quibus uberius quam Kennicottus de libris manu scriptis disputavit; 2) codices multo accuratius perlustravit ideoque lectionibus quas attulit fides maior habenda est; 3) codicibus antiquioribus usus est; 4) Kennicotto doctrina et cognitione scriptorum Judaicorum longe praestitit.

Sequuntur Judaei duo quorum uterque summo studio id egit ut Pentateuchi textum emendaret. Alter est *Salomon Dubno* (obiit Amstelodami an. 1813) cuius commentarius criticus in Legem Mosis sub titulo תקון סופרים exstat in Pentateucho Mendelssohniano (Berol. 1780—1783, 5 voll.), alter *Wolf b. Simson Heidenheim*, qui edidit 1) librum Geneseos cui nomen fecit: תורת האלהים, Offenbach. 1798, 4to. Insunt huic libro praeter textum Hebraicum: Onkelos, מנחת שי, Raschi, Raschbam, Heidenheimii adnotationes criticae מפורש שום שכל והבנת המקרא. Magnopere dolendum est quod hic liber non totus prelo subiectus sed tantum usque ad cap. XLIII med. perductus est; 2) Pentateuchum, sub titulo חומש מודע לבינה cum commentario critico הבנת למקרא et expositione R. Salomonis b. Isaak, Roedelh.

18) l. l. p. 246. 247: „Inter ea autem quae male a Kennicotto administrata sunt haud postremum locum obtinet quod codices conferendos curavit qui melius blattis et tineis concederentur; e. g. No 11. et 35., chartacei, recentissimi, post inventam artem typographicam exarati; vel antiqua codicum folia quae contendenda essent, recentibus non semper praetulit, e. g. de cod. 294., nescio qua de causa, priora folia collata sunt, ea autem quae sequuntur longe antiquiora neglecta. Ita etiam constituere noluit collationem codicis 293., conscripti an. C. 1144, Pentateuchorum quos novit longe antiquissimi. Rationem tamen huius rei facile assequi possum codex enim Masoram nimis presse sequi videbatur.“ — Id. p. 250: „Quicquid enim varietatis speciem prae se fert, quavis oblata occasione avide arripit“ (sc. Kennicottus).

1818—1821, 5 voll.; 3) Pentateuchum חומש מאור עינים cum comm. Hebr., Roedelh. 1818—1821, 5 voll.

Nostro tempore bene de textu Bibliorum Hebraicorum meruerunt *Franciscus Delitzsch*, professor Lipsiensis, qui in interpretationibus singulorum Vis Ti librorum multa collegit non solum e versionibus sed etiam e Masora et scriptis Rabbinorum,[19] et *Seligmannus Baer*, Bibericensis,[20] qui Delitzschio auctore et adiutore publici iuris fecit: 1) Psalmos (Lips. 1861, 8vo min.), in quibus edendis usus est non solum multis Bibliis impressis et codice manu scripto sed etiam libris Rabbinorum et praecipue Masora. Mendis quidem non vacuum est Baerii Psalterium, aliis tamen omnibus longe praestat; 2) Genesin (Lps. 1869, Tauchnitz). Hic liber eam iam ob causam Psalterio eiusdem editoris praeferri debet quod stereotypus est. Accedit quod Baer octo annis qui post Psalmos editos praeterierunt assidue summa cum diligentia Masoram librosque grammaticorum Hebraicorum perlegit ut ex iis quidquid textui Sacro usui esse posset adnotaret.

Laudanda quidem est eorum qui libros a nobis enumeratos scripserunt diligentia, sed nunc quoque minime supervacaneum videtur quaerere quanam ratione editio critica nova optime praeparetur, quibus adiumentis criticis et quomodo utendum sit. *Baerius* enim qui omnium novissimus Biblia Hebraica edere coepit, non nisi duo libros usque ad hoc tempus prelo subiecit, nulla fere prolegomena in usum virorum doctorum scripsit, uno tantum codice usus est, temporum Masoram antecedentium curam non nisi perraro habuit.

Omnes critici id agere debent ut, quid libri cui operam dant auctor ipse scripserit, cognoscant. Quod cum raro tantum ita ut nullus dubitationi locus sit statuere possimus, optimum est a nostro tempore incipientes ad saecula priora gradatim regredi donec, quatenus fieri poterit, ad illius qui scripsit aetatem pervenerimus. Exemplum afferamus. Carminum Homericorum edi-

19) v. etiam ea quae dixit in „Lutherische Zeitschrift von Delitzsch und Guericke“. Lps. 1863, p. 411 sqq.

20) Praeter libros supra laudatos scripsit: a) de Bibliorum accentibus poëticis (תורת אמת, Hebraice, Roedelh. 1852; de iisdem in *Delitzschii* interpretatione Psalmorum, ed. maior., tom. II. Lips. 1860); b) de Metheg s. Gaia (in: „Archiv für wissenschaftl. Erforschung des Alten Testaments“, ed. *Adalb. Merx*, Hal. 1867, I, p. 55—67. 194—207).

tionem criticam qui parat ante omnia quid Aristarchus legerit inquirere debet, deinde versus a scriptoribus Graecis (Herodoto, Platone, aliis) allatos et quae de recensione Pisistratea etc. nota sunt colliget, denique quatenus fieri poterit de temporibus quibus carmina Homerica composita sint disputabit.

Sic in editione Vis Ti paranda primum quae sit lectio codicum, Rabbinorum, Masoretharum quaeritur, deinde temporibus Talmudis et versionum priorum num aliter lectum fuerit scrutandum, tum de primis temporibus si quid illuc pertinere videatur disputandum est.

Cum autem haec omnia quae modo commemoravimus accuratius expendere nec paucorum annorum nec voluminis unius sit, non nisi de codicibus[21]) et de recensione qua Rabbini veteres usi fuerint plura dicenda esse nobis videntur.

---

21) De Rabbinis medii aevi qui scripserint Cap. I. init. p. 14. 15 dicemus.

Liber primus.

De codicibus.

„Veterum librorum fides de Hebraeis voluminibus examinanda est.“
(Hieronym. epist. ad Lucinium.)

§. 1. De cura in conservandis Scripturae Sacrae verbis a Judaeis adhibita.

Antequam de codicibus Veteris Testamenti Hebraicis disputamus nonnulla praemittenda sunt de cura a Judaeis in conservandis Scripturae S. verbis adhibita.[22]) A parvulis[23]) multos per annos pueri omnes in scholis „libros viginti duo“ evolvebant, ediscebant;[24]) quovis sabbatho legis et prophetarum capita selecta in

---

22) Ex Bibliis hos locos afferendos esse existimamus: Deut. 17, 18. 19. Jos. 1, 8. Psalm. 1, 2. II Chron. 17, 9. — I Chron. 2, 55 commemorantur מִשְׁפְּחוֹת סוֹפְרִים. — Quantum periculum ii qui codices Biblicos describebant, ex Judaeorum opinione in se receperint docent ea quae de *R. Meïr* narrantur in Talmude Bab., tr. ʿErubin 13a.

23) v. *Pirke Aboth* cap. V, 24 בן חמש שנים למקרא; *Sukka* 42a קטן ... יודע לדבר אביו לומדו תורה וקריית שמע; *Kimchi* ad I Sam. 1, 25; *J. J. Cramerus* (in: Dachsii Codex Sukka, Traj. ad Rh. 1726, 4to; p. 257—260); *A. G. Wähner*, Antiquitates Ebraeorum, Sect. VIII § 34, tom. II p. 795, Gotting. 1742, 8vo; *Eusebius* Praep. Evang. VIII, 8, § 13 (p. 363 c d. Viger.) ex *Josepho* c. Apion. III, 16 *ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς αἰσθήσεως αὐτοὺς ἐκμανθάνοντες* (sc. *τοὺς νόμους*).

24) In scholis non nisi Bibliorum studio opera dabatur, omnia alia posthabebantur, quamobrem his scholis iure Biblicarum nomen erat (בית סופר למקרא jer. Megilla). Speramus fore ut de iis alio loco plura dicere possimus, nunc cf. *Cramerum* l. l. et *Wähnerum* Ant. Ebr. sect. VIII, vol. II. Caveas ne scholas Biblicas confundas cum academiis Judaeorum in quibus praecepta Mischnae, legis non scriptae, explicabantur. De his academiis cf. *Jac. Alting* (opera omnia theologica, Amstel. 1685 sq., tom. V, p. 240 sqq.), *Joh. Buxtorfium* (Tiberiad. cap. V—VII), *J. C. Wolfium* (Bibl. Hebr. II p. 918—925) qui multos alios viros doctos qui de iis scripserunt laudat.

synagogis a sacerdotibus recitabantur;[25]) unde effectum est ut omnes Israelitae si non Biblia tota, maximam certe eorum partem memoria tenerent. Cf. *Eusebius*, Praepar. Evang. VIII, 8 § 13 (p. 363 c d Viger.) ex *Josepho* c. Apion. III, 16 (vol. II p. 483 ed. Haverk.) *ἡμῶν δ᾽ ὁντινοῦν τις ἔλοιτο, τοὺς νόμους ῥᾷον ἂν τις εἴποι πάντας ἢ τοὔνομα τὸ ἑαυτοῦ. τοιγαροῦν ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς αἰσθήσεως αὐτοὺς ἐκμανθάνοντες ἔχομεν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὥςπερ ἐγκεχαραγμένους. καὶ σπάνιος μὲν ὁ παραβαίνων, ἀδύνατος δ᾽ ἡ τῆς κολάσεως παραίτησις.* — *Eusebius*, Praep. Evang. VIII, 7 § 14 (p. 360 b Vig.) e *Philone* (II 627 ed. Mangey): *τοιγαροῦν οὐκ ἐπὶ θεσμῳδοὺς ἔρχονται περὶ τῶν πρακτέων καὶ μὴ διερωτῶντες οὐδὲ καθ᾽ ἑαυτοὺς ὑπ᾽ ἀγνοίας τῶν νόμων ῥᾳδιουργοῦσιν, ἀλλ᾽ ὅντινα αὐτῶν κινεῖς καὶ περὶ τῶν πατρίων διαπυνθάνῃ προθύμως ἔχει καὶ ῥᾳδίως εἰπεῖν καὶ ἀνὴρ γυναικὶ καὶ παισὶ πατὴρ καὶ δούλοις δεσπότης ἱκανὸς εἶναι δοκεῖ τοὺς νόμους παραδιδόναι.* — Quaecumque igitur errata in textum Sacrum irrepserant, facile a legentibus animadverti emendarique poterant.

Huc accedit quod exempla Vis Ti non a librariis neglegentibus et imperitis describebantur, sed hoc quoque erat munus eorum qui pueros Bibliorum cognitione imbuebant, et haec fuit causa cur magistri Sopherim appellarentur. Mira sane et paene incredibilis erat cura qua in scribendis librorum sacrorum voluminibus utebantur,[26]) cuius rei multa in Talmude exstant testimonia. Omnia afferre cum longum sit, nonnulla dicemus de more numerandi versus, voces, literas Scripturae S., quia ex hoc quanta fuerit Judaeorum reverentia adversus scriptum Dei verbum optime apparebit. Ante alios omnes laudandus est locus[27]) celeberrimus qui legitur in tr. *Kidduschin*, fol. 30 b לפיכך נקראו ראשונים סופרים שהיו סופרים כל אותיות שבתורה, שהיו אומרים וא״ו דגחון

25) Cf. ea quae infra (§ 14, I, C D) dicentur.

26) Non minor fuit diligentia posterioribus temporibus. Notum est testimonium *Aben 'Ezrae* ad voc. תיעשה Ex. 25, 31: ראיתי ספרים שבדקום חכמי טבריה ונשבעו חמשה עשר מזקניהם ששלש פעמים הסתכלו כל מלה וכל נקודה וכל מלא וכל חסר כו׳

27) Latine verterunt *Buxtorfius* (Tiber. p. 43 sq.) et *Morinus* (Exercitationes Biblicae, Lib. II, Ex. XV cap. 1, Paris. 1669 fol. p. 442) qui locum uberius explicat. — Initium huius loci exstat Midr. *Tanchuma* fol. 33, 3.

חצין של אותיות של ספר תורה. דרש דרש חצין של תיבות. והתגלח של פסוקים. יכרסמנה חזיר מיער עי״ן דיער חצים של תהלים. והוא רחום יכפר עון חצים דפסוקין. בעי רב יוסף וא״ו דגחון מהאי גסא או מהאי גסא? אמר ליה ניתי ספר תורה ואת מננהון. מי לא אמר רבה בר בר חנה: לא זזו משם עד שהביאו ספר תורה ומנאום. אמר ליה אינהון בקיאי בחסרות ויתרות, אנן לא בקיאינן. בעי רב יוסף והתגלח מהאי גסא או מהאי גסא? אמר ליה אביי פסוקי מיהא ליתו לימניוה, בפסוקי נמי לא בקיאינן: דכי אתא רב אחא בר אדא אמר במערבא פסקי ליה להאי קרא (Ex. 19, 9) לתלתא פסוקי: ויאמר יהוה אל משה הנה אנכי בא אליך בעב הענן. תנו רבנן חמשה אלפים ושמונה מאות ושמונים ושמונה הויא ספר תורה, יתר עליו תהלים שמונה, חסר ממנו דברי הימים שמונה[28]). Simile est id quod traditur tr. *Sabbath* fol. 49 b: הדר יתבי וקמיבעיא להו הא דתנן אבות מלאכות ארבעים חסר אחת כנגד מי? אמר להו ר׳ חנינא בר חמא כנגד עבודות המשכן. אמר להו רבי יוחנן ברבי אליעזר: כך אמר רבי שמעון ברבי יוסי בן לקוניא כנגד מלאכה מלאכתו ומלאכות שבתורה ארבעים חסר אחת. בעי רב יוסף ויבא הבית׳ לעשות מלאכתו ממניג׳ הוא או לא. א״ל וליתי ס״ת ולימניה, מי לא אמר רבא בר בר חנה, א״ר יוחנן לא זזו משם עד שהביאו ס״ת ומנאום, i. e. Rabbini cum convenissent interrogatum est, qua ratione numerus undequadraginta laborum Sabbathis vetitorum e Bibliis demonstrari possit. R. Chanina cogitavit de numero laborum in tabernaculo foederis aedificando necessariorum, R. Simeon autem vocem מלאכה (labor, negotium) undequadragiens in Pentateucho lectam huius praecepti fundamentum esse dixit. Quem excipiens cum R. Joseph quaesivisset, utrum versus ויבא הביתה (Gen. 39, 11) in hoc numero esset annon, Abai respondit: Librum legis afferte et numerate secundum exemplum maiorum nostrorum qui abire noluerunt nisi antea, Pentateucho arcessito, literas numeravissent. — In *Psikta* (fol. 34 b. 35 a, ed. *S. Buber*, Lyck 1868, 8vo) haec legi: וידבר שלשת אלפים משל (I Rg. 5, 12), א״ר שמואל בר נחמני: חזרנו על כל המקרא ולא מצאנו שנתנבא שלמה אלא קרוב לשמונה מאות פסוקים, ואת אמרת שלשת אלפים משל, אלא מלמד שכל פסוק יש בו שנים ושלשה טעמים, כמד״א נזם זהב וחלי כתם (Prov. 25, 12) ורבנן אמרי שלשת אלפים משל על כל פסוק ופסוק ואלף חמשה טעמים על כל משל, ויהי שירו של שלמה אין כתיב כאן אלא ויהי שירו של משל ג׳ אלף.

28) Hi numeri non congruunt cum versibus qui nunc numerantur in Bibliis, v. quae postea dicemus (§ 14, I F).

Eadem fere leguntur in Midr. *Bemidbar Rabba* sect. XIX fol. 273, 3, ed. Cracov. 1587, fol.; Midr. *Koheleth* fol. 104, 1, ed. Crac. 1588 fol.; in Midr. *Schir ha-schirim* fol. 4, 2, ed. Crac. 1588 fol., non „800" sed „שמונה מאות וששה עשר פסוקים" fuisse dicuntur. (In nonnullis Psiktae codicibus pro „800" legitur „915 vers.," quae lectio ut librarii emendatio reicienda esse mihi videtur, cum hunc versuum numerum (915) liber Proverbiorum habeat secundum Masoretharum computationem.) Quaeritur his locis qua ratione I Reg. 5, 12 „locutus est Salomo tria milia proverbiorum" conciliari possit cum numero versuum qui sit Proverbiorum libro. — Tr. *Sabbath*, 115b. 116a, quo loco quid Sabbathis incendio exorto servare liceat quaerunt, sectionem Num. 10, 35. 36. literas LXXXV habere aiunt. *Jebamoth* 86b sacerdotes quater et vicies in Scriptura Sacra Levitas appellari docetur. — Sed nimis longa enumeratione taedium legentibus afferre nolumus. Plura qui scire vult evolvat *A. G. Wähneri* Antiquitates Ebraeorum, Sect. I, cap. XXXVI § 189, tom. I p. 102. 103; praeterea cf. tr. *Berachoth* 9b. 10a (de Psalmorum numero) et *Jalkut*, Par. ʿEkeb § 855 ad Deut. 10, 12 (quo loco quot versus tota Biblia habeant computatur).[29] Ex his locis unicuique apparebit a Sopherim ipsis summam diligentiam collocatam esse in describendis Bibliorum exemplis, ita ut non sit, cur multa menda textui sacro inesse suspicemur. Sed praeter ea quae diximus alia est causa quae nobis Vis Ti exempla, praecipue volumina synagogica, emendate descripta esse persuadeat. Publice de codicibus Scripturae S. scribendis praecepta data erant accuratissima, quorum maior pars collecta est in tractatu סופרים.[30] Haud pauca hac de re in ipso Talmude leguntur, v. *Sabbath*

29) Idem numerandi mos fuit Syris (v. *Wiseman*, Hor. Syr. p. 213) aliisque Orientis populis (v. *H. Ewald*, Abhandlungen zur oriental. u. bibl. Literatur. I p. 57; Gott. 1832). — *Lambecius* (Biblioth. Vindob. lib. III p. 47) codicem IV Evangeliorum Graecum commemorat qui in fine singulorum Evangelistarum non solum *τῶν στίχων* sed etiam *τῶν ῥημάτων* numerum exhibet.

30) Edidit eum cum commentario duplici *Löw Spirâ* מ׳ סופרים עם פ׳ נחלת אריאל ומעון אריות, Dyrhenfurt 1732, fol.; cap. I.–V. edidit *J. G. Chr. Adler*: Judaeorum codicis sacri rite scribendi leges, Hamburg. 1779, 4to (*Catal.* Bibl. Reg. Berol. *Bl* 1510). Aliae adnotationes in tr. Soph. leguntur in כסא רחמים, scr. *Ch. J. D. Asulai*, Livorn. 1803, fol Nonnulla de tr. Sopherim scripsit *Morinus*, Ex. Bibl. Lib. II, ex. XV. cap. II, p. 447, ex. XXII cap. 7, p. 593.

103b. 104a (de literarum singularum figuris; כ׳ כפופה et כ׳ פשוטה, מ׳ סתומה et מ׳ פתוחה, alia), *Menachoth* 29b (de literis שעטנז ג״ץ i. e. de זיינין, קוצין, כתרים s. de literarum ornamentis quae etiam תגין vocantur), *Menachoth* 30a (de latitudine columnarum), *Gittin* fol. 45b etc.

De praeceptis quae pertinent ad describendos Scripturae Sacrae libros disseruerunt: a) *Judaei*, *Moses ben-Maimon*, Jad Chazaka, part. I, lib. II, Halacha 3, cap. VII–X. (Hanc halacham cui nomen est הלכ׳ תפלין ומזוזה וס׳ תורה, separatim ed. *Jac. Henr. van Bashuysen*: Observationes sacrae, Francof. 1708, 4to); *R. Isaak ben-Jakob Alphesi* (v. de eo *Wolf.* Bibl. Hebr. I p. 660—662) in הלכות ס׳ תורה; *R. Jacob ben-Ascher* (v. *Wolf.* B. H. I p. 582—584) in Arbaʿ Turim, Joreh Deʿah § 270 sqq.; *Dav. Viterbi* אם למסורת, Mantua 1748, 4to; permulta collegit *Leopold Loew* (Beiträge zur jüdischen Alterthumskunde, Band I: Graphische Requisiten und Erzeugnisse bei den Juden, Lips. 1870. 1871). b) *Christiani*, *Guil. Schickardus*, Bechinath ha-peruschim p. 11 sqq., Tubing. 1624, 4to; *id.* Jus Regium Hebraeorum, c. notis *Jo. Ben. Carpzov.*, Lib. II, Theor. V, p. 87 sqq., Lips. 1674, 4to; *Joh. Guil. Vorstius*, Fundamentum Legis Maimonidae (הלכות יסודי התורה) c. versione lat. et notis, Amstel. 1638, 4to, p. 81 sq.; *Morinus*, Exercitat. Biblicae, Lib. II Exerc. XIV., c. 3 p. 435—439, ex. XV, cap. 2, 2—4 p. 444—445; *Joh. Buxtorfius*, Synagoga Judaica cap. IX, p. 178 sq.; *Joh. Christ. Wagenseilius*, Sota cap. I p. 21 sq. et p. 367 sqq., Altorf. 1674, 4to; *id.*, epistola de infundibuli sui occasione p. 9, Altorf. 1693, 4to; *Camp. Vitringa*, Observationes Sacrae, Lib. III p. 765 sqq., Franeq. 1712, 4to; *Joh. Leusden*, Philologus Hebr. dissert. XXXIV p. 397 sqq.; *David Christiani*, disputationum antijesuiticarum I p. 23 sqq.; *A. G. Wähner*, Antiq. Ebr. sect. I, cap. 45 (de rotatilibus Judaeorum Pentateuchi voluminibus), tom. I p. 181—208; nonnulli alii laudantur a *Wolfio*, Bibl. Hebr. II p. 321. 322.

Paragrapho finem facere nolumus nisi antea tribus magni momenti testimoniis allatis quae omnibus praeceptis melius textum Sacrum inde ab Ezrae tempore usque ad hoc saeculum integrum servatum fuisse probabile reddunt. Primum exstat in Talmude, tr. *Menachoth* 29b ספר תורה שיש בו שתי טעיות בכל־דף ודף יְתַקֵּן, שלש יִגָּנֵז, alterum in celeberrimo *Josephi* contra Apionem libello (I, 8; ed. Haverk. II, 441): *τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρῳχηκότος οὔτε*

προςθεῖναί τις οὐδὲν οὔτε ἀφελεῖν αὐτῶν οὔτε μεταθεῖναι τετόλμηκεν. πᾶσι δὲ σύμφυτόν ἐστι εὐθὺς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως Ἰουδαίοις τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα καὶ τούτοις ἐμμένειν καὶ ὑπὲρ αὐτῶν εἰδέναι θνήσκειν ἡδέως. *Eusebius* (Praep. Ev. VIII, c. 6, § 9, p. 358 b c Viger.) e *Philone* docet [τοὺς Ἰουδαίους] πλέω δ' οὖν ἢ δισχίλια ἔτη μηδὲ ῥῆμά γε αὐτὸ μόνον τῶν ὑπ' αὐτοῦ (a Mose) γεγραμμένων κινῆσαι ἀλλὰ κἂν μυριάκις αὐτοὺς ἀποθανεῖν ὑπομεῖναι θᾶττον ἢ τοῖς ἐκείνου νόμοις καὶ ἔθεσιν ἐναντία πεισθῆναι.

Caput primum

De codicibus deperditis.

Saepe et in codicibus Vis Ti[31]) et in libris Rabbinicis laudantur Biblia manu scripta antiquiora; quorum lectiones varias magni momenti esse quis est qui non videat? Nemo autem ad hoc usque tempus de iis quae huc pertinent diligenter et accurate scripsit,[32]) quam ob causam operae pretium videtur esse paulo uberius de hoc codicum genere disserere. Neque vero hoc loco respicimus nisi eas adnotationes marginales, quae lectiones aliorum librorum manu scriptorum nomine codicis addito commemorant. Lectiones a Rabbinis בספר מדויק vel בספרים מדויקים repertas afferendas non esse censuimus; paucae enim allatae nullius usus sunt, omnes vero hic typis exscribendas curare longum est. Nunc cf. *Buxtorfius*, Anticritica, Basil. 1653, 4to, p. 834—842; *Cl. Cappellanus*, Mare Rabbinicum infidum p. 297—315 (in *Crenii* Opusculorum fascic. decimo, Rotterod. 1706, 16o); *J. G. Carpzovius*, Critica Sacra, Lips. 1728, 4to, p. 125; *B. Kennicottus*, dissertatio generalis, Oxon. 1780, fol., § 43. 51—55; *J. B. De-Rossi*, Variae Lectiones Vis Ti, Proll. § XXX, p. XXXIII. XXXIV; *Ol. G.*

31) Magnam notarum marginalium copiam congessit *Brunsius* (Repertor. f. bibl. u. morg. Lit. XII p. 247 sqq.). — Nomina multorum codicum in aliis manu scriptis laudatorum v. apud *De-Rossi* (Proll. part. I § XXII, p. XXIII. XXIV.), praeterea legas *Delitzschium* in Catalogo libr. mss. Lips. a *Naumanno* edito (Grimmae 1838, 4to) p. 273. 274, quo loco agit de codice Lips. primo (Pent. Meg. Hapht.), coll. *Zunzii* additamentis, ib. p. 314. 315.

32) Nam ea quoque quae *Tychsen* attulit in Tentamine minime sufficiunt.

Tychsen, Bützowische Nebenstunden, 1766, Part. II p. 65 sqq.; *id.* in *Eichhornii* Repertorium für bibl. u. morgenländ. Litteratur, Lps. 1777, Part. I p. 169—199 (quibus locis de Raschio disputat); id. in Tentam. p. 221—223; *Lebrechtius* in indice Lexici Kimchiani quod una cum Biesenthalio edidit, Berol. 1847, 4to; *Eichhorn*, Einleitung ins A. T., Gotting. 1823, tom. II p. 455, § 341. — Ii quoque codices qui minoris momenti videntur esse in hac nostra enumeratione omittuntur. — Omnium qui deperierunt codicum cum apud Christianos tum apud Judaeos celeberrimus est

§. 2. Codex Hillelis.

Antequam lectiones huius libri colligo quarum passim in aliis codicibus[33]) et in libris Rabbinorum mentio fit pauca de eius origine dicenda sunt.[34]) Duo inter eos qui nomen הלל habent viri prae aliis noti nobis sunt ex historia Judaica, quorum prior fuit הלל הזקן qui vixit ante templum alterum dirutum, posterior saeculo post Christum natum quarto. Multos per annos ea tantum fuit viris doctis controversia utrum ab hoc an ab illo codex de quo agimus scriptus esset. Hilleli seni librum hunc manu scriptum deberi existimarunt *Guil. Schikkardus* (Jus Regium Hebraeorum, ed. *J. B. Carpzovius*, Lps. 1674, 4to, p. 39), *P. Cuneus* (de Rep. Hebr. p. 159), alii; Hilleli alteri tribuunt *David Gans* (in annalibus Judaeorum, צמח דוד, ad annum 4956), *Joh. Buxtorfius* (tractatus de punctorum vocalium . . . antiquitate, Basil. 1648. 4to, p. 353), multi alii. De neutro cogitari posse nunc docent ea quae e Karaeorum libris de origine punctorum vocalium et accentuum publici iuris facta sunt, v. *H. Graetz* (Geschichte der

33) In margine cod. Kennic. 8 (Bodl. Hunting. 69, saec. XV.) laudantur lectiones הללי (*Bruns.* ad *Kenn.* diss. gener. p. 345).

34) Nomina eorum qui de hoc codice disputarunt h. l. commemorare et longum est et supervacaneum, cum praeter Buxtorfium, Kennicottum, Fürstium nemo fere novi quid attulerit. Multos laudant *Wolfius* (Bibl. Hebr. II p. 289—291) et *Jo. Fri. Cotta* (Exercitatio historico-critica de origine Masorae punctorumque, Tubing. 1726, 4to, p. 91, not. x). — In *Jacobi Le-Long* Bibliotheca Sacra (Paris. 1723 fol., p. 1040 col. 2) haec legi: „Dissertatio de codice mss. Bibliorum Hillelis. *Specimina rei Literariae.* Maii 1704." Dissertationem ipsam legere cum mihi non licuerit, titulum certe commemorandum esse existimavi.

Juden, tom. V). Praeterea utrique opinioni repugnat testimonium *R. Abrahami b. R. Samuelis Zaccuto* (in historia Judaica, יוחסין, ad an. 956, fol. 99b ed. Amstelod. 1717): ובשנת תת״קנו (28 Ab 1196 p. Chr.) כ״ח למנחם היה שמד גדול במלכות ליאון, ואז הוציאו משם ספר הארבעה ועשרים אשר נקרא הביבליא [?] 35) שכתב אותם ר׳ הלל, ומשם היו מגיהים כל הספרים, ואני ראיתי חלק מהם שנמכרו באפריקא ובזמני היה ט׳ מאות שנה שנכתבו. Zaccuto anno 1502 p. Chr. n. librum suum cum scripserit, codicem הללי c. annum 600. p. Chr. n. exaratum fuisse existimavit. Neque vero hoc ita se habere arbitror: codicis enim anno sexcentesimo scripti procul dubio ben-Ascher et ben-Naphtali cognitionem habuissent; praeterea liber Hillelianus ante tempus *Jacobi ben-El῾azar* [36]) nusquam commemoratur; vel certe non ita ut nullus dubitationi sit locus. [37]) Accedit quod contra hanc quoque codicis Hilleliani aetatem valet causa quae sumitur ex historia punctationis. Restat ut ס׳ הללי post finem saeculi sexti scriptus sit. Quis autem fuerit Hillel cui codex nomen debet ignoramus. Fortasse tamen recte cogitabis eum e numero *τῶν* סופרים in Hispania fuisse. [38]) Eiusdem opinionis est *R. Jedidia Salomon Norzi* qui ad Gen. 1,5 haec adnotat: הוא היה גבר חכם בעוז המסורת וספרו היה בעיר טוליטולא. Haec de origine codicis Hilleliani innotuerunt; paucis nunc ea absolvam quae de fatis libri huius celeberrimi nobis nota sunt. *R. Jacob ben-El῾azar* Toleti usus est libro Hillelis, ut testatur *David Kimchi*, Michlol (ed. Fürth 1793, fol. 78b): וכתב רבי יעקב בן אלעזר כי בספר הללי אשר בטוליטולא מצא וְכָל־מִבְחַר נִדְרֵיכֶם אֲשֶׁר תִּדְּרוּ־לַה׳ הדלת רפה (Deut. 12, 11), et fol. 127b fin.: וכתב רבי יעקב בן

35) *F. Lebrecht* in praefatione ad lex. Kimchianum (quod una cum *Biesenthalio* edidit, Berol. 1847) haud male ההיללי legendum esse conicit (p. 26).

36) De hoc Rabbino quem nunc plurimi prorsus ignotum esse putant, v. *Lebrecht* l. l. p. 14. 15.

37) Neque enim ea quae attulit *Jul. Fürst* (v. adnot. seq.) satis certa esse mihi videntur.

38) *Jul. Fürst* (Geschichte des Karäerthums bis 900 der gewöhnlichen Zeitrechnung, Lps. 1862, p. 22 et p. 138 not. 14) codicem non ab Hillele sed ab Hilla (quod est oppidum prope Babylonem) nomen accepisse contendit. Idem censet *Christian David Ginsburg* (in: Elias Levita, Massoreth ha-Massoreth, with an English translation and notes, London 1867, p. 260, not. 40). Quibus non assentior, sed plura nunc hac de re disserere longum est.

אלעזר כי בספר הללי אשר בטוליטולא לא תֵאָפֶה חָמֵץ (Levit. 6, 10) בצירי. Kimchi ipse codicem ante oculos habuisse non videtur. Praeter haec et ea quae Zaccuto memoriae tradidit nihil de historia codicis Hilleliani novimus, neque enim in adnotationibus marginalibus aliorum librorum manu scriptorum quicquam legitur ex quo hac de re coniecturam dignam quae commemoretur facere possimus. — Nunc lectiones libri Hilleliani quae mihi innotuerunt breviter enumerabo.

Gen. 10, 3. Norzi: ותגרמה. חסר וכן הוא בהללי כו׳

Gen. 30, 33. Norzi: נקד. הללי חסר, ירושלמי מלא

Gen. 42, 16. margo cod. 682 Kennic. (script. exeunte saec. XIV., biblioth. Holkamens.) ad vocem הֵאסרו habet haec מצינו בהללי הֵאסרו.

Ex. 20, 17. Kennicott. diss. gen. § 55 (p. 23 ed. Oxon. an. 1780, p. 105 ed. Bruns 1783) de codice Hillel. dicit: „fuisse videtur codex Aegyptiacus quia legit tamquam unum praeceptum Exod. 20, 17“; quod unde Kennicottus noverit nescio.

Lev. 5, 21: אוֹ־בִתְשׂוּמֶת יָד. *Dav. Kimchi* lib. rad. s. v. שום habet haec: והמ״ם בסגול שלא כמנהג והוא כמו בפתח ובספר הלאלי (sic) אשר בטוליטולא הוא בפתח [39]).

Lev. 6, 10: תֵאָפֶה, in cod. H. תֵאָפֵה v. Michl. 127b.

Lev. 17, 3: או אשר ישחט, Norzi: ברוב ס״ס החי״ת בפתח ובגליון של אחד מהם כתוב שכן הוא בהללי.

Deut. 1, 13: וַאֲשִׂמֵם sine Vav post Sin, *Norzi* h. l. וכן ראיתי בשם ספר הללי.

Deut. 12, 11: תִּדְּרוּ, Michl. fol. 78b וכתב רבי יעקב בן אלעזר כי בספר הללי אשר בטוליטולא מצא וְכָל־מִבְחַר נִדְרֵיכֶם אֲשֶׁר תִּדְּרוּ־לַה׳ הדל״ת רפה, *Norzi* h. l.: בנסחאות כתובי יד מספרד ראיתי בגליוניהם בהללי תדרו הדל״ת רפה.

Jos. 19, 29. מֵחֶבֶל, *Norzi* h. l. מצאתי כתוב בגליון אחד מס״ס שכן הוא בהללי בצירי.

Jos. 21, 35. 36. Cod. Kennic. No 357 [40]) habet in margine: לא מצינו אלו השני פסוקים בהללי. In ipso codice Kenn. „fere

39) sic etiam punctatio Babylonica בתשומה et *Parchon*, v. *Pinsker*, Einleit. in das bab.-hebr. Punktationssystem, Vindob. 1863, p. 55.

40) = cod. Paris. 75, Orator. 54, scr. an. 4967 (1207); laudant eum *Joh. Morinus* (Exercitt. in Pent. Samar., Paris. 1631, p. 360) et *Rich. Simon* (historia critica Vis Ti, lib. I. c. 22. p. 111. 112, quo loco pluribus describitur), cf. etiam *Wolf.* B. H. II, p. 317.

erasae sunt hae voces „את־עיר מקלט הרצח במדבר“ (*Kenn.* diss. gen., p. 474 ed. Bruns).[41]) De his versibus plura qui scire vult evolvat: *Dan. Guil. Molleri* Mare Masorethicum infidum, Altorfii 1708 (v. *Walchii* Bibl. Theol. Selecta IV p. 273. 274); *J. G. Abichtii* dissertationem (de restituendis duobus versibus Jos. XXI. in quibusdam codd. Hebr. omissis, Lps. 1714, 4to; idem opusculum exstat in *Hasaei* et *Ikenii* Thesauro novo Theologico-Philologico, Lugd. Bat. fol., vol. I p. 535—545), *Guil. Schickardum* (Jus Regium Hebraeor. p. 179 ed. Carpzov.), *Jo. Ern. Jablonskii* praefat. ad Bibl. Hebr. (Berol. 1699. Cap. V § 4), *Jo. Clericum* ad h. l., *Jac. Basnage* (Historia Judaeorum tom. V p. 1655), *J. C. Wolfii* Bibliothecam Hebr. (tom. I p. 14), *Kimchii* adnotationem ad h. l., *Norzium* ad h. l. et ad 13, 26. De variis lectionibus quae in his duobus versibus occurrunt v. *Kennicottum.* Ex iis, quae *Ed. de Muralt* (*Heidenheim*, Vierteljahrsschrift III, Turic. 1867, p. 349—351) de libris manu scriptis bibliothecae Firkowitschianae dixit, discimus codices 89. 116. 119 ante את בצר addere את עיר מקלט הרצח (LXX τὸ πόλιν τὸ φυγαδευτήριον τοῦ φονεύσαντος); post את בצר additur במדבר in cod. 109. 89. 116. 119.

I Reg. 1, 18. ועתה. In margine cod. Kennic. 572 (cod. Hisp., scr. 5208 = 1448 p. Chr.): בהללי של ליון עתה, *Norzi* h. l. במקרא ישנה מטוליטולא נכתב בגיליון בהללי של ליון עתה.

Ezech. 36, 23. בכם לעיניכם. Cod. Kennic. 642 (cod. Hisp., Amstelod., scr. an. 5060 = 1300 p. Chr.) in margine habet: היה בהללי בכם ונתקן בהם לעיניכם, ובבלי בכם לעיניהם, cf. *Norzium* h. l.: בספר א׳ קדמון כ״י נכתב בגליון זה הלשון היה בהללי בכם ונתקן בהם ע״כ (Similia in marg. cod. Kenn. 242 scripta esse videntur, v. Kennic. diss. gen. § 55).

Psalm. 109, 10: וְדָרְשׁוּ, *Kimchi*, lib. rad. s. v. דרש scribit haec: וכתב ר׳ יעקב בן אלעזר כי בספר הלאלי כתוב עליו לית כותיה חטף. וגם הנגיד ז״ל כתב שמצאו ברוב הספרים חטף.

Prov. 8, 16 alii אָרֶץ, alii צֶדֶק legunt. *Norzi:* גם בספרו של בעל אור תורה נמחק מלת ארץ ונכתב צדק ואמר שבס״ס כתוב צדק ועל פי ההללי הגיהו ארץ והנכון צדק.

41) l. l. p. 461: „Cod. 307; Paris. 12, Reg. 14 fol. — Proph. Ad marg. Jos. 21, 35 notatur אלו שני פסו׳ לא מצינו בהללי, forma fere eadem in cod. 209.“ De cod. 209. l. l. p. 464 (post cod. 317) leguntur haec: „Paris. 24, Reg. 26, 4to. — Scriptus fuit codex Toleti A. M. 5032 (1272 A. C.).“

Prov. 24, 14. דְּעֶה, *Mercerus* ad h. l.: „In (quodam vetere) Manuscripto per Tzeri scribitur sed ad marginem notatur, in Hilleli per Saegol scribi.“ (Fortasse Merc. usus est codice Orat. cuius ad Jos. XXI mentionem fecimus).

Cant. Cant. 7, 5. כשני עֳפָרִים. *Norzi* h. l.: בגיליון ס״א מטוליטולא כתוב בהללי עֳפָרִים.

Esth. 8, 5 הַמְּדָתָא, *Norzi* h. l. בס״א אחד כתיבת יד מספרד כתוב כן בהללי בלא דגש הַמְדתא.

Esth. 9, 2 בִּפְנֵיהֶם, *Norzi* in multis codd. esse לפניהם ait, ובס״א כ״י ישן כתוב שכן נתקן בהללי.

Jacob Sapphir (in אבן ספיר, Lyck 1866, 8vo, fol. 15b not.) in marginibus codicum Toleti scriptorum saepe commemorari ait lectiones Bibliorum Hillelianorum. Nonnullas ipse affert e libro vetere manu scripto, sc. Gen. 31, 19 ולבן פת׳; Exod. 25, 19 sq. הכרבים דג׳; Num. 34, 11 כִּנֶּרֶת; Deut. 1, 27 וַתֵּרָגְנוּ; Deut. 9, 4 לפניך רפי; Nahum 1, 12 אֲעַנֵּךְ; Nah. 2, 1 הִנֵּה. (Hae lectiones non commemorantur in Minchath Schai.)

Agmen testium claudat *R. Moses bar-Nachman,* qui in commentario ad librum *Jezira* (fol. 61 ed. Mantuanae) haec scribit:[42]) „In tribus his literis gutturalibus ה, ח, ע, nullibi reperitur Dagesch in universa Scriptura כאשר חפשנו ודקדקנו בכל־ספרי בבל ובכל־ספרי ירושלים לא בספר הלליא, prout deprehendimus ex accurata perquisitione et perlustratione in omnibus libris Babyloniae et Hierosolymae neque etiam in libro Hilleliano. Sed in א invenimus Dagesch in tribus locis, Lev. 23, 17 in voce תביאו, Gen. 43, 26 et Ezr. 8, 18 in voce ויביאו, in quibus locis א est cum Dagesch, quorum omnium ratio nota est in Arcanis Cabbalae.“

Saepe *Lonzano* in *Or Thora* בהללי sic vel sic scriptum esse ait. Cum neque codicem ipsum viderit neque apographum se habuisse usquam dicat, has lectiones e margine unius vel plurium aliorum codicum desumptas esse existimo, quae coniectura eo firmatur quod *Men. di Lonzano* saepe e margine librorum manu scriptorum lectiones varias affert (ובגיליון). Nunc locos ipsos quibus „בהללי“ legitur in *Or Thora* enumerabimus cum, quantum nos quidem scimus, a nemine adhuc collecti sint.

42) Hunc locum primus laudavit *Joh. Buxtorfius* fil. (de antiquit. punct. voc., p. 55).

Gen. 2, 22 הַצֵּלָע; 43) Lonz.: הצד"י דגושה והלמד בקמץ ברוב ס"ס המדויקים ובהללי.

Gen. 4, 8. טעה המדפיס [Bomberg] שעשה פיסק׳ בין אָחִיו. לַיְהִי בִּהְיוֹתָם כי בכל הספרים ובהללי אין כאן פיסק׳

Gen. 4, 13. מִנְּשֹׂוֹא; ובהללי הוא מלא

Gen. 6, 18. וַהֲקִמֹתִי; בהללי מלא יו"ד ושבוש הוא

Gen. 8, 21. וַיָּרַח; בהללי כולו פתח

Gen. 9, 14. בְּעַנְנִי; בס"ס ובהללי הנו"ן בשוא לבד

Gen. 9, 29. ויהי, non ויהיו; בכל ס"ס ובהללי כתוב ויהי

Gen. 10, 5. וּבְנֵי חָם כּוּשׁ; טעה המדפיס שעשה פה פיסקא אף על גב שגם בהללי יש כאן פרשה סתומה כי בכל ס"ס כו׳.

Gen. 10, 26. חֲצַרְמָוֶת; מלה חדא והר"יש בשוא וכן בהללי

Gen. 13, 3. לְמַסָּעָיו; בהללי אשכחן למסעיו מלא יו"ד

Gen. 15, 8. אִירָשֶׁנָּה; מלא י"וד ... וכן בהללי

Gen. 19, 16. וַיִּתְמַהְמָהּ ׀; מ"ם שניה בקמץ וכ"כ רד"ק במכלול דף מ"ז, והוא בפסק בכל ס"ס וערביא ובהללי.

Gen. 19, 20. אִמָּלְטָה נָּא; נא רפה ... אך בכל ס"ס ובהללי ... הוא דגוש.

Gen. 27, 25. וַיָּבֵא לוֹ; בהללי הדרגא ביו"ד והוא מלעיל

Gen. 27, 26. וּשְׁקָה־לִּי; השין רפה ובשוא לבד בכל ס"ס.. ובהללי

Gen. 28, 10. מה שכתוב בספרי הדפוס שזו פרשה סתומה וכי צריך בראשה פיסקא ככל הסתומות אמת הוא וכ"מ בכל ס"ס ובמצריים ובהללי כו׳.44)

Gen. 39, 7. בכל ס"ס ובמצריים אין בו פיסקא כלל ... וכן עיקר אף על פי שבהללי היא פתוחה.

Gen. 46, 6. מִקְנֵיהֶם plene; בשנים עשר ספרים כ"י ... ובהללי

Gen. 46, 13. וּפֻוָּה; הוא"ו רפה כ"מ בהללי ובס"ס החשובים כו׳

Ex. 2, 3. הַצְּפִינוֹ; הצד"י דגושה בכל הספרים המדויקים ובהללי

Ex. 8, 1. בכל הספרים אין פיסקא כלל בין יַעֲלוּ הַצְפַרְדְּעִים לַיֹּאמֶר ה׳ אֶל מֹשֶׁה, אך המדפיס כתב שזו פרשה סתומה וכן היא בהללי.

Ex. 10, 9. וּבִזְקֵנֵנוּ; מלא יו"ד .... ובהללי כו׳

Ex. 15, 19. Ad Exod. c. 14 fin. (fol. 9b med. ed. Amstel.)

43) Verba Biblica laudamus ad fidem editionis *Everardi van der Hooght*.

44) De h. l. cf. etiam *Jo. Morini* Exercitationes Biblicas (Lib. II, Ex. XVII, cap. VII, p. 493, ed. Paris. 1669 fol., Catal. Bibl. Reg. Berol. *Bg* 5815).

haec dicit Lonzano: ובכל אלה [בהללי ובמצריים ובירושלמיים] ראיתי שיטה אחרונה חלוקה לשתים אֶת־מֵי הַיָּם בראשה והשאר הסופה.

Ex. 16, 13. הַשְּׂלָיו; בקצת ספרים גם בהללי כתוב בגיליון השליו קרי וזה אמת.

Ex. 17, 16. דע כי כס יה בכל ס"ס ...ובהללי ... הם ב׳ מלין כו׳

Ex. 20, 18. הַקּוֹלֹת; ובס"ס ובהללי הוא מלא אחר הקוף וחסר אחר הלמ"ד כו׳.

Ex. 37, 8. כְּרוּב; בקצת ספרים ובהללי הוא במקף

Lev. 1, 13. נִיחֹחַ; בהללי ובכל הספרים הוא מלא יו"ד

Lev. 7, 6. קָדוֹשׁ; בהללי היה מלא ונתקן חסר כו׳

Lev. 7, 10. וַחֲרֵבָה; בס"ס ובהללי ... הבי"ת בקמץ כו׳

Lev. 7, 22. In codice Hilleliano spatium fuit inter v. 21. et 22., Lonz.: אך מצאתי כתוב שנמצא בג׳ ספרי תורה ובחומשים מדויקים פתוחה וכן מצאתי בהללי כו׳.

Lev. 10, 12. וְאֶל־אִיתָמָר; הקדמא באל"ף שניה, ובס"ס ובהללי המ"ם בשופר ישר.

Lev. 15, 29. וְהֵבִיאָה; כתב המאירי ז"ל ה"א ראשונה במאריך ואין הדבר כן בהללי ובס"ס ובירושלמיים.

Lev. 26, 36. וְהֵבֵאתִי; בס"ס ואשכנז געיא בתי"ו אך בהללי ... לא יש.

Num. 1, 17. בְּשֵׁמוֹת; כי כן [מלא וא"ו] נמצא ... בהללי כו׳

Num. 1, 22. לְגֻלְגְּלֹתָם; in cod. Hill. ל alterum eodem modo scriptum est quo in reliquis codd. (De hac adnotatione v. *Joh. Buxtorfii* Tiberiadem (Basil. 1665, 4to, p. 161.)

Num. 7, 1. כַּלּוֹת; מלא וא"ו וכן ... בהללי כו׳

Num. 10, 10. בקצת ספרים מלת חָדְשֵׁיכֶם מלא יו"ד..וכן מצאתי ... בהללי אך ברוב ס"ס ... הוא חסר יו"ד כו׳.

Num. 22, 5. בְּעוֹר plene in cod. Hill.

Num. 32, 6. הַאַחֵיכֶם; א in plurimis libris בפתח לבד punctatum fuit: וכן ראיתי בהללי.

Deut. 32. Carmen Mosis in cod. Hill. septuaginta שיטות (versus, lineas) habebat; initium v. XXIII erat וְאֵילִים. (Multa e multis libris de huius carminis forma [צורה] attulit h. l. Lonzano.)

Apographa libri Hilleliani nota nobis sunt duo: I) altero usus est *Norzi*, in cuius Minchath Schai ad Gen. 1, 15 למאורת haec leguntur: מלא וא"ו קדמאה וחסר וא"ו תניינה עכ"ל וכן הוא במלאים וחסרים שמצאתי בראש מקרא ספרדית כ"י שהועתקו מספר הללי הסופר, הוא היה וכו׳. Ex hoc loco fortasse colligi potest

librum Hill. Masora instructum fuisse.[45]) Saepissime a Norzio citatur העתק הללי, ut Gen. 2, 25. 3, 5. 7. 4, 4. 7. 5, 25. 29. 6, 5. 10, 31 etc. sed tantum in Pentateucho. Reliqui igitur libri Vis Ti in hoc codice non fuerunt. II) alterum fuit in bibliotheca *De-Rossi* (cod. 413), v. proll. part. I, § XIX, p. XX et part. II, p. CIX ubi haec: „Biblia cum Masora, membr., hisp., 4. min., 2 vol., an. 1468, — cod. Kennic. 410, qui Psalm., Proverb., Job habet metrice distributos.“ Subscriptionem edidit *P. J. Bruns* (ad *Kennic.* diss. gen., cod. 410, p. 484): אלו ארבעה ועשרים מן נוסח ההיללי. אני (ras.) בנימין בר דוד זצ׳ל הספר כתבתי זה הארבעה ועשרים וסימתיו לירח חמשת אלפים ומאתים ועשרים ושמונה בראש חדש אדר ראשון. — Lectiones variae horum apographorum diligenter si collectae et inter se comparatae erunt (id quod facere nobis in animo est), de libro Hilleliano et de codicibus Hispanicis melius iudicari poterit.[46])

§. 3. Reliqui codices deperditi.

Reliqui libri manu scripti paucis absolvi possunt. **Codex Sanbuki** (זנבוקי) quo tempore, ubi, a quo scriptus sit ignoramus. Neque vero quisquam ad hoc usque tempus melius hac de re iudicasse mihi videtur quam *Rich. Simon* qui (Biblioth. critic. I p. 367) cogitari posse de codice, qui pertinuerit ad familiam Sanbuci Hungari, existimat. Minime placent ea quae *Joh. Henr. Hottingerus* (in bibliothecario quadripartito p. 158, ed. Turic.) protulit qui זנבוקי in זנדוקי (quod idem ei est ac Zadduki s. Sadducaeus) mutare voluit.[47]) — Variae lectiones huius codicis afferuntur in multorum librorum adnotationibus marginalibus, veluti in cod. Kennic. 415, cod. Kennic. 8 (Bibl. Bodl., Hunting. 69, v. *Brunsium* ad Kenn. diss. gen. p. 345), [in cod. Kenn. 357?]. Praeterea cod. Sanbuki ter quantum equidem videre potui laudatur

45) *Norzi* ad Ps. 109, 10 *Kimchium* (v. supra p. 18) laudat, sed post עליו habet במסרה et post כן legit במסרה וברוב; quae verba ubi legerit nescio, cum neque in Venet. neque in Berol. libri radicum editione exstent.

46) Hoc nunc addere liceat, a *Norzio* librum Hill. plerumque opponi codici Hierosolymitano.

47) has et alias virorum doctorum de libro זנבוקי opiniones v. apud *Wolfium* (Bibl. Hebr. II p. 292. 293. IV p. 79.), cf. etiam *Tychsenii* Tentamen p. 249. 250.

a *Men. di Lonzano* in Or Thora; utrum e margine codicis an ex apographo incertum est, sc. his locis: Gen. 9, 14 בְּעַנְנִי (fol. 2b fin., ed. Amstel.), בהללי הנו״ן בשוא לבד ובזנבוקי בשוא הפתח; Lev. 13, 20 שָׁפָל (fol. 14b), שפל בזנבוקי הפ״א בפתח; Lev. 26, 36 וְהֵבֵאתִי (fol. 15b), בס״ס ואשכנז געיא בתי״ו אך בהללי ובירושלמיים ובזנבוקי לא יש.

Pentateuchus Hierichuntinus (חומש יריחו). De hoc libro *Elias Levita* in Schibre Luchoth (appendice ad libr. Masor. ha-Masoreth) habet haec: חומש יריחו מסתמא הוא חומש אחד מוגה בא מיריחו, מדבר בענין חסר ומלא כגון כִּי אֶת־כָּל־הַתּוֹעֵבֹת הָאֵל (Lev. 18, 27) בחומש יריחו חסר וי״ו השנייה, וכן יְלִידֵי הָעֲנָק (Num. 13, 22) ב׳ בענין ובחומש יריחו הראשון מלא והשני חסר. — *P. J. Bruns* (ad *Kennicotti* diss. gener. p. 450. 451, quo loco de Bibliis Chajimianis agit) e codice Kenn. 102 (Harl. 5710. 5711, Bibl., saec. XIV., in Italia scr.?) haec affert: „Gen. 9, 29 Ch. edidit ויהיו quia ita in cod. hoc adiecta notula: כאן מטעים כל הנקדנין ומוסרין ח̇ל̇ך̇ סימן וטעות הוא בידם כי טחו עיניהם מראות בחומש יריחו ובספרדים כי ח̇ל̇ סימן, i. e. Hic errant omnes punctatores quique Masoram addunt Gen. 5, 23. 31. 9, 29 scribendum esse ויהי. In errore enim versantur quia oculi eorum illiti sunt quo minus in Pentateucho Jerichuntino et libris Hispanicis viderent, ויהי scribendum esse tantum 5, 23. 31.“ Eadem *Norzi* (ad Gen. 9, 29) in nonnullis ספרי אשכנז וערבאי legit; cod. Hillel et libri Hisp. habent ויהי, v. supra p. 20. — A libro Hierich. non diversus fuisse videtur codex תמרי quem *Lonzano* laudat in *Or Thora* (ad voc. וימח Gen. 7, 23, ומצאתי בנשיאי ובתמרי רפה על המ״ם כזה וימ̄ח); bene enim monet *Hottingerus* (l. l.) Hierichuntem palmarum urbem nominatam fuisse.

Sepher Sinai (ספר סיני), Pentateuchum continet, laudatur ab *Elia Levita* in Schibre Luchoth: סיני שם חומש מדוייק מדבר ממחלוקת הטעמים כגון וַיִּשְׁמַע יִתְרוֹ (Exod. 18, 1) בגרשים ובסיני הוא ברביע, ועוד שם אֶל־מֹשֶׁה אֶל־הַמִּדְבָּר (Ex. 18, 5) בזקף ובסיני בזקף גדול, ולא ידעתי מי הוא המחבר. In margine Biblior. Rabbinic. interiori legitur ad Ex. 18, 1 ב׳ בטע׳ שני גרישין ר״פ בתור׳ סיני רביע, ad Ex. 18, 5: סיני במדבר בזקף גדול, Elias igitur librum Sinai ipse ante oculos non habuit. R. *Jacob*[48]) in פירוש על המסורה (Amstelod. 1651, 4to; fol. 3, col. 2) Sinai nomen viri

48) Laudatur a *Tychsenio* (Tentamen, Sect. II § 18, p. 215).

esse existimat.[49]) Sinai enim et Naphtali ei sunt Masorae auctores: quae rationes eum ut hoc coniceret adduxerint nescio. — Eandem habet opinionem auctor libri Masorethici מבין חידות ad Exod. 18, 1, ubi de Masora haec: ומה שאמר סיני רביע, דע כי בעלי מתקני הניקודות והטעמים רבי׳ היו מגאוני חכמי טבריא. ואחד מהם היה שמו סיני. Magis placet *Jul. Fürstii* coniectura qui (Handwörterb., ed. II., tom. I, p. XVIII not. 4, Lps. 1863., Gesch. des Karäerthums, t. I, p. 22. 138.) librum Sinai a Sinai monte nomen accepisse arbitratur, eodem modo quo ספר יריחו a Jericho oppido etc. — *Delitzsch* (Römerbr. p. 41 adn.): „Auch in dem von Baer zu unseren Separatausgaben der Psalmen und der Genesis benutzten Codex von 1294 findet sich häufig die Bemerkung בסיני מלא oder בסיני חסר."

Codex ben-Naphtali. *R. Moses ben-David*[50]) *Naphtali*[51]) Karaeus fuit,[52]) qui c. annum 900 p. Chr. n. in Babylonia[53]) degens integrum Bibliorum Hebraicorum codicem[54]) summa cum diligentia et cura eo consilio scripsit, ut *Aaronis ben-Ascher* lectionibus fidem detraheret. Codex ipse quidem quem scripsit deperiit; multae autem lectiones ben-Naphtali posteritati traditae sunt:[55])

49) *Sinai* nomen proprium viri fuisse docet *Fr. Delitzsch* (Brief an die Römer, in das Hebr. übersetzt und erläutert, Lps. 1870, p. 121 coll. p. 41).

50) Sic vocatur a *R. Gedalja* (in Schalscheleth ha-Kabbala ad annum 794) a *Wolfio* (Bibl. Hebr. I, No 193) et a Christianis fere omnibus; *Jacob ben-Naphtali* est *Eliae Levitae* (praef. III. ad libr. Masor. ha-Masor., p. 36 ed. *Semler*), quem sequuntur *Norzi* (ad Gen. 1, 3) et *Brianus Waltonus* (Proll. IV § 29).

51) Virorum doctorum qui de eo disputarunt nomina infra (quo loco de Aarone ben-Ascher agemus) commemorabimus.

52) *H. Graetz* (Geschichte der Juden, tom. V p. 345).

53) In Babylonia Mosem ben-Naphtali vixisse ex eo colligi potest quod codices qui auctoritatem eius sequuntur a Judaeis libri Babylonii ספרי בבל vocantur. — Idem cognomen etiam libro *αὐτογράφῳ* Mosis ben-N. fuisse probabile est, cf. *Menachem di Lonzano* in *Or Thora* ad voc. בשמות (Num. 1, 17) ubi inter alia haec leguntur: בעל ספר שמן ששון היה נוטה לומר שהוא חסר כי כך מצא בספר הבבלי

54) praeterea composuit libellum de vocalibus et accentibus (מחברת על הנקודות והטעמים).

55) In codice 86. bibliothecae Firkowitschianae non solum puncta vocalia et accentus sec. ben-Ascher, sed etiam sec. ben-Naphtali exstant (v. *Ed. de Muralt*, in *Heidenheim*, Vierteljahrsschrift III p. 350), sed hae lectiones nondum collectae sunt.

I) Nonnullae passim in scriptis Rabbinorum commemorantur.[56]) E *Davidis Kimchii* libris, ut unum saltem afferamus, has collegimus:

*Gen. 19, 17 כהוציאם, Michlol fol. 89a (ed. Fürth).

Lev. 25, 21 וְעָשָׂת, Michl. 9a fin.: הוא ברוב הספרים בקמץ וכן זוכר אותה בן נפתלי קמוץ וכן הוא משפטו קמץ.

*Num. 31, 27 וחצית Michl. 6b fin.

*Deut. 14, 23 לִיראה, lib. rad. s. r. ילל.

*Deut. 33, 21 ויתא, Michl. 96a init.

*I Sam. 13, 21 הדרבָן, Michl. 182b: בפתח הבי״ת לבן אשר כולו. קמוץ לבן נפתלי, cf. l. rad. (s. v. דרבן): ולבן נפתלי בקמץ ולבן אשר הבי״ת בפתח והדל״ת לשניהם מעמדת בגעיא. Biblia Rabbin. Chajim. (et Polygl. Lond. tom. VI) per errorem sic בֿא הדָרבן–בֿנ הדֵרבן.

*Jerem. 25, 36 וְיללת, lib. rad. s. r. ילל init. et Michl. 45a.

*Ezech. 16, 13 ותיפי, Michl. 138a.

*Ezech. 31, 7 וַיִּיף, Michl. 138a init., cf. l. rad. יפה et *Norzi* h. l.

*Ezech. 35, 6 ירדֲפך, Michl. 20a b, l. rad. s. r. רדף.

*Hos. 7, 14 יֵילִילו, Michl. 104b init. יְיֵלִילו לקריאת בן אשר, ולקריאת בן נפתלי היו״ד פ״א הפעל נחה והיו״ד אית״ן בצירי; in Bibl. Chajim. diversitas inter eos haec esse dicitur: בֿא כִּי יילילו בֿנ כֵּי יילילו.

Joël 4, 13 גת sine Dagesch, Michl. 88b.

Zach. 6, 11 וְעָשִׂיתָ, Michl. 6b. 7a et comment. h. l.

*Psalm. 10, 15 תדרָש, lib. rad. (s. v. דרש): בקמץ חטף בקריאת בן נפתלי.

*Psalm. 45, 10 בִיקרותיך, Michl. 87b (cf. 3b fin. et 45a), lib. rad. s. r. יקר fin., ילל init.

Job 38, 3 נא כגבר, Michl. 90a: יש שקוראין רפה והיא קריאת בן אשר, ויש שקוראין דגש והיא קריאת בן נפתלי.

Job 40, 11 עֶברות אפך, lib. rad. (עבר): בסגול לבן נפתלי ולבן אשר בפתח. Editiones multae h. l. lectionem ben-Naphtali sequuntur, sed v. *Norzi* ad h. l.

Neh. 13, 3 כשמעם, Michl. 89a: ובמסורת כל כהוציאם כשמעם ודומיהם סמוך לתלשא לבן אשר רפה ודגש לבן נפתלי (ad rem cf. *Norzi* ad Jud. 7, 15).

56) Iis, quae in Masora fin. Bibliorum Rabb. (Chajim.) commemorantur, stellulae signum [*] apposuimus.

Praeterea ex Kimchii libro radicum, rad. ילל (cf. Michlol 45a), discimus ben-Naphtali semper pronuntiare לִיזרעאל (I Reg. 4, 12) בִּיזרעאל (I Sam. 29, 1. I Reg. 21, 1 al.), etc.

Librum a ben-Naphtali ipso scriptum Kimchi non vidit, ut apparet ex iis quae dicit ad Ezech. 31, 7 (Michl. 138a), sed ha, diversitates legit aut in codicum adnotationibus marginalibus aus in indice aliquo lectionum inter ben-Ascher et ben-Naphtali controversarum. Reliqui quoque Rabbini nihil de fatis codicis a ben-Naphtali scripti tradunt: neque vero displicet *S. Baerii* coniectura (Liber Genesis, Lps. 1869, p. 81, not. 3), qui codicem *ben-Naphtali* a מחזורא רבה diversum non esse existimat: „Omnes variae lectiones ex hoc *Machazor magno* notatae (v. Michlol 156b [Num. 21, 4], *Lonzano* in Or Thora ad Gen. 22, 8, *Pinskeri* Likkute Kadmonijoth p. 29 [Vindob. 1860, 8vo]) ad voces inter ben-Ascher et ben-Naphtali controversas spectant, unde veri simillimum est hoc Machazor magnum fuisse illum ipsum librum quo ben-Naphtali textum secundum regulas ipsi comprobatas castigatum exhibuit.“ [57])

II) Aliarum lectionum Masora marginalis mentionem facit, ut Exod. 21, 19 וְהִתְהַלֵּךְ־, Psalm. 62, 4 תרַצחו.

III) De codice Odessano *C. 5* (duo folia membranacea in quibus adnotationes Masorethicae leguntur) *M. E. Pinner* (Prospectus, Odessa 1845, 4to, p. 63. 64) haec dicit: „die zweite und dritte Columne [pagin. alter. folii prioris] haben die Ueberschrift זה החילוף שבין שני המלמדים בן אשר ובן נפתלי ירחמם שדי, בן אשר כל יהושע בן נון רפי ובן נפתלי ידגש לנו״ן. Hierauf folgt ein Verzeichniss von 22 Zeilen, die ganz der Ueberschrift entsprechen.“ Similes adnotationes procul dubio in aliis quoque codicibus exstant.

57) Alio loco fortasse plura hac de re dicemus, nunc cf. *Norzi* ad II Reg. 19, 25. Ps. 62, 4. Gen. 22, 8. Num. 21, 4, *Jacob Sapphir* in אבן ספיר (Lyck 1866, fol. 15b). — Accedit quod Ascherianus quoque codex nomen מחזורא habuit (cf. *Ginsburg* not. 38 ad Levitae Masor. ha-Masor., Lond. 1867, p. 259). Moses ben-Ascher codici quem scripsit (proph., Synag. Karait. Cahirae) ipse nomen מחזור tribuit, v. *Jac. Sapphir* (l. l. fol. 14b, lin. 7 et 19), cf. subscriptionem Bibliorum an. 1008 [1010?] scriptorum: שמואל בן יעקב כתב ונקד ומסר את המחזור הזה של מק׳ (*Pinner*, Prospectus p. 86).

IV) Longe plures lectiones enumerantur in Masora finali Bibliorum Rabbinicorum, quorum editio princeps (Venet. 1516 fol.) in fine voluminis primi continet diversitates quae sunt inter ben-Ascher et ben-Naphtali [58]) in Lege, Ruth, Cantic. Cantic., Eccles., Thren., Esther. Editionis alterius (Chajimianae) Masora cum non modo lectiones varias ex omnibus Vis Ti libris collectas enumeret sed etiam in reliquis Bibliis Rabbinicis (in Basileensibus, vol. IV., append. fol. 63a—65a) et in Bibliis Polyglottis (Lond., tom. VI) repetita ideoque permultis nota sit, de hac altera tantum editione nonnulla dicemus sed ita ut quae de priore commemoratione digna videantur in adnotationibus afferamus.

1) Ordo librorum et capitum Bibliorum Hebraicorum non semper servatur.

2) Non solum literas consonas sed etiam puncta vocalia et accentus [59]), de quibus inter ben-Ascher et ben-Naphtali controversia est, Chajim typis exscribendos curavit, sed haud pauci errores typographici irrepserunt. [60])

3) Lectiones variae numerantur in Bibliis Chajimianis plerumque 864, melius autem 867, duae enim significantur his verbis: בֿא לסבב לפגע בֿנ דגש, (v. Num. 21, 4. I Sam. 22; 17), tres hac adnotatione: בֿא לִיראה בְּיראה בְּישראל, בֿנ לְיראה בִּיראה בִּישראל (v. Deut. 14, 23. Psalm. 2, 11. Deut. 17, 4). — Lectiones ipsas hoc ordine edidit Chajim:

Pentateuchus, 209. (208).

Genesis 52 diversitates continet [61]); *Exodus* 33 [62]); *Leviticus* 24; *Numeri* 53; *Deuteronomium* 47 (46) [63]).

Prophetae, 283.

Josua 30; *Lib. Judicum* 36, magna tamen confusio est in 11

58) Sed omittuntur puncta vocalia et accentus.

59) Sunt etiam in Catalogo Seldeniano (Polygl. Lond. VI p. 8—14).

60) *Norzi* in Minchath Schai e codicibus nonnulla emendavit.

61) ed. I: 48; desunt enim 2, 6. 32, 8. 17. 36, 16. 37, 18; Chajim non habet 37, 10 בֿנ לְהִשתחות, qui locus etiam in indice Seldeniano exstat.

62) ed. I: 42; habet enim praeter 33 locos qui in Bibl. Chajim. leguntur hos novem qui in Selden. quoque codice reperiuntur: 3, 8 לְהצילו. 3, 19 לא־יתן. 7, 28 משכבך. 8, 12 את מטך. 8, 17 כי אם אינך. 9, 31 כי השערה. 10, 11 לכו נא. 12, 3 אל כל. 25, 30 על.

63) ed. I: 45; desunt enim 17, 4 (una cum Psalm. 2, 11) et 22, 10 בשור ובחמור. 9, 7 אשר יצאת in ed. I. per errorem bis ponitur.

ultimis diversitatibus: 7 enim pertinent ad I. Samuel., 2 ad Exod. 34, 11, duae tantum ad librum Judicum; *Lib. Samuelis,* 19 (20 si addis I Sam. 22, 17); *Lib. Regum* 42; *Jesaia* 35, quarum una (XXXI.) est ex Jeremia (2, 11); *Jeremia* 38; *Ezechiel* 54; *Prophetae duodecim* 29 (loco quarto legitur בא ירחָצו בנ ירחצו, quae vox quo pertineat ignoro).

Hagiographa, 373.

Lib. Paralipom. 56; *Psalm.* 194 (195 si addis 2, 11); *Job* 59; *Prov.* 31; *Ruth* 4 [64]); *Cant. Cant.* 4 [64]); *Ecclesiast.* 9 [64]); *Threni* 2 [64]); *Esther* 8 [65]); *Daniel* 5; *Ezra* (Nehemia) 1.

4) Non omnes lectiones quae inter ben-Ascher et ben-Naphtali controversae sunt enumerantur a Chajimo. Nonnullae, quas non affert, ex scriptoribus Rabbinicis et Bibl. Bomberg. I. nobis notae sunt, ut supra demonstravimus. Aliae exstant in codice Seldeniano [66]) qui multis locis a Masora Bibliorum Chajimianorum differt. Voces Pentateuchi de quibus index libri Seld. cum Chajim non consentit typis exscriptae sunt in Bibl. Polyglott. Londin. VI p. 13. 14, neque vero satis emendate. Valde igitur optandum est ut omnes diversitates inter ben-Ascher et ben-Naphtali e libris editis et codicibus V^is^ T^i^ Hebraici maiore cum cura diligentiaque colligantur et una cum adnotationibus [67]) de lectionum controversarum generibus et rationibus in lucem prodeant.

5) Ben-Ascher et ben-Naphtali non differunt nisi de punctis vocalibus et accentibus, excepta una voce שלהבתיה (Cant. Cant. 8, 6) quam ben-Naphtali in duas dividendam esse existimat. [68])

6) Libri et editi et manu scripti plerumque sequuntur aucto-

64) Eosdem locos enumerat Ed. I.

65) Ed. I. habet non solum hos octo locos, sed etiam הנמצאים 1, 15 et למגדול ועד קטן 1, 5.

66) scr. an. 1304 (5064), v. *Kennicott.*, diss. gen., cod. 2, p. 340 sqq. (ed. *Bruns*); minus bene de anno 1104 (4864) cogitavit *Uri*, Bibl. Bodl. ... catalogus I p. 8 No 37. — Codices Joh. Seldenii an. 1659 in Biblioth. Bodleianam translati sunt (*Fuerst*, Bibl. Jud. III p. XLII).

67) quales de diversitatibus ad primum Legis Mosaicae librum pertinentibus scripsit *S. Baer* (in edit. Geneseos, Lps. 1869, p. 81—86); de Psalmis v. *Baer* in: *Delitzsch* Commentar üb. den Psalter II p. 460—467, Lips. 1860.

68) In fine lectionum variarum in Jos. Chajim per errorem scripsit בא אל קנא (24, 19), uterque enim habet קנוא cum Vav, v. *Norzi* ad Jos. 24,19.

ritatem ben-Ascher; raro tantum [69]) habent lectiones ben-Naphtali, cf. *Mercerum* (Comment. Genes. 32, 17. 41, 50), *Kimchium* (l. rad. s. r. ילל init.), *Michaelis* (Bibl. Halens., ad Cant. Cant. 8, 6), *Norzi* ad Jos. 18, 20 (cf. *Kimchi* Michl. 21^a^), ad Esther 4, 8 (cf. Michl. 162^b^), Deut. 22, 10. 31, 21. Jer. 31, 32. Ez. 16, 53. I Sam. 24, 11.

V) In multis codicibus Biblicis utriusque lectiones enumerantur, ut 1) in cod. Seldeniano quem modo laudavimus; 2) in cod. Bodl., Laud. A 168 (Targ. Jonath. in Jos. Jud. Ruth Sam. Reg.) „praeponuntur variae in Hagiographa lectiones, quibus inter se ben-Ascher et ben-Naphtali, Orientales item et Occidentales discrepant" (*Uri*, cat. p. 2^a^, No 4); 3) in cod. Bodl., Pocock. 347, Kennicott. 3 (Bibl. volum. prius, saec. XIV ?) „praemittuntur ben-Ascher et ben-Naphtali dissensiones" (*Uri* p. 3^b^, No 11); 4) in cod. Vatic., Palat. 7, Kennic. 484 (Lex, Hapht., Hagiogr., fin. saec. XIII?) lectiones ben-A. et ben-N. ante Pentateuchum et post Hagiographa exstant (v. *Assemani* Bibl. Vat. Cat. p. 6. 7).

Caput alterum.

De codicibus qui nunc quoque exstant.

§. 4. Libri qui de codicibus Hebraicis agunt enumerantur.

De libris manu scriptis in genere disputarunt *Olav. Gerh. Tychsen* (Tentamen de variis codicum Hebraicorum ... generibus, Rostoch. 1772, 8vo; Befreyetes Tentamen, Rostoch. et Lips. 1774) et *J. G. Eichhorn* (Einleit. in das Alte Testament, tom. II., cap. III., VIII § 342—§ 377, p. 456—584, ed. 4., Gotting. 1823), brevius *de-Rossi* (Proll. part. I., p. XIX—XXI, § XIX) et *de-Wette* (Einleit. § 140—146, ed. VIII; § 108—§ 114, ed. VII).

Codices multos descripserunt *Jac. le-Long* (Bibliotheca Sacra, part. I., cap. II., p. 49—61, ed. Paris. 1723 fol.), *J. C. Wolfius* (Biblioth. Hebr., part. II., lib. II., sect. III., p. 293—324 et tom.

69) Ii tantum codices qui habent punctationem Babylonicam semper faciunt cum *ben-Naphtali* (v. *Pinsker*, Einleit. in das babyl.-hebr. Punktationssystem, Vindob. 1863, p. 5, num. ז).

IV. p. 79—98), *B. Kennicottus* (dissert. gen., Oxon. 1780 fol., ed. *P. J. Bruns*, Brunsvici 1783, 8vo), *J. B. de-Rossi* (in proll. parte altera, de libris Kennicottianis, iis tantum quos ipse emerat omissis, disputavit vol. I., p. LIX—XCIV [sunt codd. 581], de codicibus suis p. XCVII—CXXV [sunt codd. 479] et vol. IV. p. XXII—XXVIII [sunt cod. 73] 70); de codicibus reliquis quorum lectiones collegit vol. I. p. CXXVI—CXXXV [sunt codd. 116], quibus addit Erfurtensem quintum, vol. IV. p. XXVIII). Libros quos postea emit (cod. 1378—1430) paucis descripsit in: Libri stampati di letteratura sacra Ebraica ed orientale della biblioteca del dott. *G. B. de-Rossi*, Parmae 1812, p. 79—82. — Eorum qui de singulis codicibus scripserunt nomina exhibent *E. F. C. Rosenmüller* (Handbuch für d. Literatur der bibl. Kritik u. Exegese, 4 tom., Gotting. 1797—1800, tom. II p. 17 sqq.) et *G. B. Winer* (Handbuch der theolog. Literatur, ed. 3, tom. I col. 96, Lps. 1837) necnon *Catalogus Universitatis Lipsiensis* tom. 83 (Exeget. Appar.) fol. 203—205. — Multi codices in catalogis recentioribus bibliothecarum publicarum paucis describuntur.

Bibl. Vaticana: Bibliothecae Apostolicae Vaticanae codicum manu scriptorum Catalogus ... Steph. Evod. Assemanus et Jos. Sim. Assemanus ... recensuerunt ..., Partis primae tomus primus complectens codices Ebraicos et Samaritanos, Romae 1756 fol., LXXVI et 498 pp. — De codd. Hebr. *Kennicottus*, cod. 225—239 (p. 425—429 ed. *Bruns*) et cod. 476—501 (p. 496—498), tam pauca dicit, ut perparvum tantum usum viris doctis afferat. Quicumque igitur plura de his libris scire voluerit, Assemani catalogum evolvat. —

Bibliotheca Bodleiana: Bibliothecae Bodleianae codicum manu scriptorum orientalium, videlicet Hebraicorum ... Catalogus, ... a *Joanne Uri* confectus, Pars prima, Oxon. 1787 fol.; p. 1—15 codd. Vis Ti 77 enumerantur, neque vero ullus valde antiquus est. De libris dignis qui h. l. commemorentur v. supra § 3 p. 29. — Praeterea legantur de codd. Bibl. Bodl. *Kennicotti* diss. gen. (p. 335 sqq. ed. *Bruns*) et: Conspectus codd. Mss. Hebraeorum in bibliotheca Bodleiana. Appendicis instar ad Catal. librorum et Mss. Hebr.

70) Repetivit hanc codicum suorum descriptionem libro cui titulum fecit: Manuscripti codices Hebraici biblioth. *J. B. de-Rossi*, accurate ab eodem descripti et illustrati, Parmae 1803, 3 vol. 8vo.

sub auspiciis curatorum digessit *M. Steinschneider*, Berol. 1857, 4to, 32 pp. (p. 1—3 codices Biblici iam ab *Uri* descripti paucis adnotationibus additis breviter enumerantur; eam autem ob causam hic conspectus utilis est quod non solum de numeris, qui singulis codicibus nunc sint in Bibl. Bodl., certiores nos reddit sed etiam locos laudat quibus *Wolfius* in Bibl. Hebr. hos codices commemoraverit. Praeter libros in catalogo Uriano descriptos in Bibl. Bodl. nunc sunt codices *Oppenheimeriani* (v. *Kehillath David* ed. *Isaac Metz* et *Laz. Emden*. Hamburg. 1826), *Michaeliani* (v. *Ozroth Chajim*, Hamburg. 1848), *Canoniciani* (Venetiis in Angliam allati; codices Biblici sunt: 20. 22. 28. 34. 37—42. 46. 56. 62 [Kenn. 567]. 69. 75. 77. 84. 87. 91 [Kenn. 564]. 93. 94. 101. 105. 106. 109).

Bibliotheca Musei Britannici codicum catalogum non edidit; de cod. Sloane 4708 v. infra § 7.

Bibl. Parisina: Catalogue des manuscrits hébreux et samaritains de la bibliothèque Impériale, Paris 1866, 4to, (cod. 1—132: textes et traductions de l'écriture sainte); praeterea v. *Kennicotti* diss. gen., cod. 203—220. 301—364 (ed. *Bruns* p. 422. 423. 459—476).

Bibl. Vindobonensis: Die handschriftlichen hebraeischen Werke der K. K. Hofbibliothek zu Wien, beschrieben von *Albrecht Krafft*.. u. *Simon Deutsch*.., Vindobon. 1847, 4to; codices Biblici sunt XXIV qui describuntur p. 3—24, de libris precum qui multas Bibliorum partes continent, v. p. 73 sqq. Codex celeberrimus est Vindobonensis 15. (Kennic. 590, v. infra p. 64), praeter quem codices Kenn. Vindobonae sunt hi: 254 (v. Krafft p. 5—8). 587 (Kr. p. 8—9). 588 (Kr. p. 15). 589 (Kr. p. 15—16). 591 (Kr. p. 13). 592 (Kr. p. 21—23). 593 (Kr. p. 16—17). 594 (Kr. p. 17—19). 595 (Kr. p. 19—20). 596 (Kr. p. 12. 13). Nonnullis aliis codicibus Vindob. usus est *de-Rossi;* cod. de-Rossi ext. 107 (v. Kr. p. 11—12). 108 (Kr. p. 14). 109 (Kr. p. 14—15). 110 (Kr. p. 20). 125 (Kr. p. 21). — Huic catalogo ne magnam fidem habeas cave (v. *M. Steinschneider* in: *Ersch und Gruber*, Allgem. Encyclop. Sect. II tom. 27, s. v. Jüdische Litteratur, p. 469b. 470a [Lips. 1850, 4to]).

Bibl. Reg. Bavarica multos possidet codices Hebraicos, neque vero catalogus editus mihi notus est: nonnulla, sed neglegenter, 71)

71) v. hac de re *Landauer* (quem laudavit *Jul. Fürst*, Biblioth. Judaica tom. III p. LXV) in: Litteraturblatt des Orients 1845, 324.

de his libris scripsit *Max Lilienthal* („Bibliographische Notizen über die hebr. Manuscripte der Kgl. Bibliothek zu München“ in: Allgemeine Zeitung des Judenthumes, 1838 N° 13 Beiblatt et 1839 N° 98 Beiblatt). — Catalogum meliorem *Steinschneiderus* brevi editurus est. — In Biblioth. Mun. sunt codices Biblici XIV, in folio 1. 2. 14. 16. 114. 148 (Quatremère), in quarto 212. 298. 359—361. 400. 401. 413 (Quatr.). 414 (Quadr.). De libris Quatr. scripsit *Roediger* in: Zeitschr. der DMG XIII, 221.

Bibliotheca Berolinensis: catalogus a *Steinschneidero* scriptus prelo nondum subiectus est.

Bibl. Lugduno-Batavensis: Catalogus codicum Hebraeorum Bibl. Acad. Lugd. Bat., auct. *M. Steinschneider*, Lugd. Batav. 1858. —

Lugduni servantur codices Bibl. VI: Warn. 71, Bibl. c. Mas., saec. XV. (St. p. 288); Warn. 81, Pent. fr. „charactere ob antiquitatem iam pallido“ (St. p. 298); Scal. 20, Levit. c. Mas., an. 1292/93 (St. p. 379); Warn. 70, Proph. prior. et post., an. 1390 (?, St. p. 288); Warn. 82, Psalm., an. 1600 (St. p. 299); Scal. 8, Psalm. „adiectis in margine *versione* vocum et glossis Latinis ad Ps. 47 usque“ (St. p. 349; cf. infra adn. 74).

Bibliotheca Senatoria Lipsiensis: Catalogus librorum manu scriptorum qui in biblioth. senatoria civitatis Lipsiensis asservantur, edid. *Aem. Gu. Rob. Naumann;* codices orientalium linguarum descripserunt *Henr. Orth. Fleischer* et *Franc. Delitzsch*, Grimmae 1838, 4to. (De codd. Hebr. scripsit *Del.*)

Inter Bibliothecae Sen. Lips. codices Hebraicos Biblici sunt duo, uterque olim Wagenseilianus (v. *Wolf.* Biblioth. Hebr. II p. 314). — Cod. 1 (Hebr., fol. 1); Kennicott. 600; Catal. Del. p. 273. 274, addit. Zunz. p. 314. 315., membranac., fol. mai., continet Pentateuchum (inde a Gen. 1, 21) cum paraphrasi et Onkelosi et Hierosolymitana, commentarium Salomonis Isaacidae, necnon Haphtaras et Megilloth (Esth. tantum 1, 1—1, 12). Scriptus est a Makir, quem „in Gallia degisse, aetate post Salom. Is. fere tertia“ Zunzius conicit (p. 314). „Comparatur in margine magna codicum praestantissimorum copia, quos dudum nunc perditos oculis suis inspexit Makir“ (ibid.). Nomina horum codicum v. p. 314, lectiones marginales nonnullae exstant p. 315.

Cod. 2 (Bibl. Hebr., fol. 12); Kennicott. 599; Catal. Del. p. 274. 275., addit. Zunz. p. 315., membr., orientalis, fol. min., vetus, integer pulcherrimusque, ex Italia allatus, continet Pent., Hapht., Meg., Thillim, Mischle, Job. „Initia singulorum librorum Pentateuchicorum singularumque Megillarum more *orientali* auro, pigmento imagunculisque ornata sunt. Praeterea multa in hoc codice occurrunt singularia et ab Occidentalium codicum consuetudine plane diversa, velut librorum אמ״ת, exceptis particulis prosaicis, metrica scriptio.“ (*Del.* p. 274. 275).

De nonnullis aliis catalogis v. *Addenda.*

§. 5. De collatione codicum.

Nemo usque ad hoc tempus ex ingenti librorum mss. Vis Ti Hebraici copia melioribus ita usus est ut omnes eorum lectiones varias colligeret; nondum praeterea satis disputatum est de praestantiorum codicum aetate, origine, bonitate: neque vero antea de lectionum auctoritate iudicari potest. Nunc quoque permulti nonnisi numerum librorum respiciunt, cum quicumque rei criticae vel unum per diem studuit unum codicem bonum saepe centum deterioribus praeferendum esse scire debeat. Accedit quod haud pauci codices descripti sunt ex aliis qui nunc quoque exstant, ita ut, si hos contulerimus, nullius momenti sint. De unoquoque igitur codice quaeritur, primum utrum libris melioris notae adnumerandus sit necne, deinde num cum aliis multas lectiones habeat communes. Quoties enim duo vel plures libri multis locis inter se consentiunt et a ceteris differunt, sequitur ut ex uno eodemque codice (vel certe e codicibus qui unius alius apographa sunt) descripti sint. Eiusmodi autem codices, quantacumque est eorum multitudo, unius tantum vice numerandi sunt, neque iis plus auctoritatis tribuendum est quam illi uni ex quo descripti sunt tribuissemus.

Longe difficilius cognoscitur, quinam libri manu scripti boni sint. Multa de his et aliis rebus ad artem criticam pertinentibus ii qui libros scriptorum Graecorum et Romanorum edunt disserere solent; minimus vero est eorum numerus qui de codicibus Bibliorum Hebraicorum memoratu digna dixerint. Hoc loco pauca tantum commemorare possumus.

1. Si de libro manu scripto Vis Ti Hebraici recte iudicare volumus, semper quaerendum nobis est, in quem usum, publicumne an privatum, scriptus sit. Constat enim volumina in usum

Synagogarum scripta [72]) longe maiore cura diligentiaque exarata [73]) esse quam reliqua et perraro tantum idque in rebus minimis inter se dissentire. — De codicibus privatis vel complicatis, qui sive tota Biblia Hebraica sive partem tantum Vis Ti continent, bene haec dicit *Wolfius* (Bibl. Hebr. tom. II. p. 328): „Ad bonitatem codicis aestimandam nonnihil facit nosse in cuius gratiam sit exaratus. Quando enim viro alicuius auctoritatis est destinatus veri fit simile eum maiori cura in literas relatum fuisse." — Nomen viri cuius in usum codex descriptus sit haud raro in subscriptione commemoratur.

2. Magni momenti est scire, utrum librarii in describendis et emendandis codicibus versionum rationem habuerint necne. [74]) Qua de re *Tychsenius* [75]) in Tentamine primus nonnulla dixit; sed nec sufficiunt ea quae attulit neque ex omni parte vera esse mihi videntur.

3. In iudiciis de codicum aetate ferendis cautio quam maxima adhibenda est. Scribae enim multis diversis modis annum quo scripserint indicant: alii aera Seleucidarum utuntur, alii a mundo condito, alii a templo altero diruto, alii ab Israelitis in exsilium Babylonicum abductis, alii aliter annos numerant; haud raro aeram qua utantur non addunt; multi praeterea in subscriptionum

72) De iis legantur *A. G. Waehner* (Antiquitates Ebraeorum, Sect. I. cap. 46, tom. I p. 181—208, Gotting. 1743), *Tychsen* (Tentamen, Sect. II § 2., p. 135—141), *Eichhorn* (Einleitung, ed. IV., tom. II. p. 458—466).

73) In his enim scribendis praecepta omnia valebant quae in libris modo (adnot. 72.) laudatis et in iis, quorum supra, Lib. I § 1, p. 13, mentionem fecimus, commemorantur. — Duo h. l. exempla afferemus ut quanta fuerit scribarum diligentia intellegatur. *Ed. de Muralt* (in: *Heidenheim*, Deutsche Vierteljahrsschrift tom. II p. 188, not. 15, Gothae 1865) se in 47 voluminibus Synagogicis non nisi tres lectiones varias maioris momenti deprehendisse dicit. — Voluminum duorum perantiquorum, quae descripsit *S. Baer* (Zwei alte Thora-Rollen aus Arabien [ante an. 1058 p. Chr.] und Palaestina . . . gegenwärtig im Besitz von Joh. Alt in Frankfurt a. M., 1870; cf. etiam *Delitzsch* in: Augsburger Allgem. Zeitung 1870, № 47), neutrum habet lectiones varias quae sensum textus recepti mutare possint.

74) Psalmorum liber manu scriptus (saec. XV.), olim Scaligerianus, qui Lugduni Batav. asservatur, haud raro auctoritatem versionis Latinae sequitur, v. lectiones varias quas collegit *Heidenheim* (D. Vierteljahrsschr. II. p. 466—468).

75) *Kennicottus* et *de-Rossi* codices cum versionibus consentientes ceteris plerumque praeferunt.

numeris errores latent, saepe litera millennium vel saeculum indicans omissa est, saepe denique consulto ut codices antiquiores esse viderentur librarii numeros falsos subscripserunt, v. *Wolf.* B. H. II, 325 sqq., *Oluf Gerh. Tychsen*, Beurtheilung der Jahrzahlen in den Hebräisch-Biblischen Handschriften, Rost. 1786, 8vo min., *Schnurrer*, de codd. V. T. aetate difficulter determinanda, Tubing. 1772, *L. Zunz* „Datenbestimmungen" in: Zur Geschichte u. Lit. (1845) p. 214—230.

4. Semper quaerendum est qua in terra codices scripti sint. [76]) Multum enim inter se differunt libri Hispanorum et Germanorum, [77]) Orientalium et Occidentalium.

A) *De codicibus Hispanicis et Germanicis* valde diversa sunt criticorum iudicia. *Kennicottus* et *de-Rossi*, qui semper lectionum variarum multitudini augendae student, multo pluris aestimant libros Germanorum, Judaei fere omnes summis laudibus tollunt eos qui in Hispania exarati sunt. Operae pretium igitur procul dubio faciet, si quis locos quibus codices in Hispania scripti (vel ex Hispanicis descripti) inter se consentiant sed a Germanicis differant collegerit. Hoc enim facto melius quam nunc de utrorumque bonitate quid censendum sit dici poterit. Nunc satis habemus iudicia quaedam virorum doctorum hac de re afferre. *a) Men. di Lonzano* in *Or Thora* (fol. 13b ed. Amstel.) ad Lev. 7, 22, quem versum commentator Mosis ben-Maimon sectionis initium esse contendebat, haec adnotat: ומה שאמר שבכל הספרים הטובים מצא שתיהן פתוחות ספריו אלה ספרי אשכנז הם, והם עצמם מודים [78]) שאין לסמוך רק על ס"ס et paullo post (fol. 14a lin. 6 sqq.) ואני ידעתי שבלבולים כאלה ימצאו בספרי אשכנז ובדברי סופריהם ואנו אין לנו אלא ס"ס דמתחזקי בדיוקא. אני מצאתי בפ' שמיני [ויקר' ט' פס' כ"א עד סוף סימ' י"א] בספרי אשכנז ארבעה פיסקות

76) In subscriptione librarius saepe quo loco vixerit memoriae tradidit.

77) Literarum quoque figura diversa est, Germanici cum literas habeant rotundas, Hispanici quadratas quales sunt in Bibliis editis. Italicis (quibus est „character intermedius") *de-Rossi* eos, qui quoad sive literas sive lectiones sive utrasque medium inter Hispanicos et Germanicos teneant locum, adnumerare solet; saepe vero hac in re errasse mihi videtur.

78) Cogitat de *Elia Levita* apud quem in Masor. ha-Masoreth (praef. alter., ed. Venet. 1538 fol. 7): ובאמת רוב הנוסחאות המוגהות הנמצאות הם ספרים אחדים מספרי הספרדים ועליהם נסמכתי ונתיבותם דרכתי et in fine eiusdem libri (Schibre Luchoth f. 78): ספרי אספמיא הוא שם כלל לספרי ספרד כי הם מוגהים מכל שאר הספרים.

יתרות ומשובשות בפרשה אחת, ואלו הן .... הַעל אלה נסמוך? Idem ad Gen. 1, 4, quo loco a ben-Ascher יְהִי אוֹר, a ben-Naphtali יְהִי־אוֹר punctatum fuisse dicit, haec addit: ולא נמצא [יהי] במקף רק בספרים אשכנזים ואין לסמוך עליהם. — *b)* In epilogo libri Or Thora haec leguntur: וכל מקום שתמצא ס״ס היינו ספרי ספרד שהם המוגהים והנאמנים שראוי לסמוך עליהם, ואעידה לי עדים נאמנים. כתב הראב״ד[79] ז״ל בהשגותיו על ספר המאור סוף פ״ק דברכות וז״ל ואם נראה בגרסא זו מעט דוחק טוב להעמיד אותה כי נוסחא ספרדית היא עכ״ל. גם הרמב״ן ז״ל[80] בספר המלחמות ס״פ הרואה. כתב וז״ל אבל ספרי ספרד יותר נאמנים מספריניו עכ״ל.[81] — *c) Bruns* (praef. in editione dissert. gen. Kennicott., Brunsvici 1783, 8vo, p. VI—IX) Hispanicis maiorem auctoritatem tribuit. Idem laudat *Richardum Simonem* (disquis. critic. de variis Bibliorum editionibus p. 10, et: Lettres choisies, Amstelod. 1730, tom. I. p. 24). — *d) Kennicottus* et *de-Rossi* (Proll. p. XIX—XXI, § XIX multisque aliis locis), ut supra iam commemoravimus, pluris faciunt libros in Germania manu scriptos.

B) *De codicibus Orientalium et Occidentalium* paullo plura videntur dicenda esse.[82] — Primis aerae Christianae saeculis duo floruerunt apud Judaeos academiarum genera, alterum in Palaestina, alterum in Babylonia. Has academias non semper in omnibus rebus consensisse cum per se veri simile est tum ex eo sequitur quod habemus Talmud et Hierosolymitanum et Babylonicum. Sed non solum in praeceptis et traditionibus haud paucae erant diversitates, sed etiam codices Palaestinensium et Babyloniorum nonnumquam inter se differebant [Non hac de re, sed de diversa Pent. publice legendi ratione agitur *Kidduschin* 30b: אתא רב אחא בר אדא אמר במערבא פסקי ליה להאי קרא לתלתא פסוקי (Ex. 19, 9) ויאמר ה׳ אל משה הנה אנכי בא אליך בעב הענן].[83] — In libris Rabbinorum et in codicum Biblicorum adnotationibus marginalibus[84] hic illic commemoratur Script. Sae locus quo Orientales ab Occidentalibus differre dicuntur. Nemini autem hae lectiones curae fuerunt usque ad id tempus quo *R. Jacob ben-Chajim* in Bibliis Rabbinicis (Venet. 1526) una cum Masora finali prelo subiciendum curavit חלוף המקרא שבין בני ארץ ישראל ובין בני בבל. Quam lectionum variarum enumerationem unde sumpserit nescimus, probabile tamen est Chajimum invenisse eam in appendice codicis alicuius Biblici. *Morinus* enim (Exercitt. Biblic. p. 409, Paris. 1669 fol.) se vidisse hunc catalogum in nonnullis libris manu scriptis testatur.[85]

De lectionibus Occidentalium et Orientalium a Chajimo editis[86] haec fere adnotanda sunt:

a) nulla occurrit in Pentateucho,[87] neque vero „ob religiosissimam in describendo legis volumine curam, ob exquisitam in illo corrigendo et examinando industriam et ob continuam eius per singula Sabbatha lectionem quae eiusmodi inter utrosque codices prohibuit dissensionem“:[88] sunt enim, licet in indice Chajimiano nullae afferantur, etiam in Pentateucho diversitates, id quod infra demonstrabimus.

---

79) *R. Abraham ben-Dior* (ben-David), v. de eo *Wolf.* (Bibl. Hebr. No 70, tom. I. p. 46. 47, III. p. 29. 30).

80) R. Moses bar-Nachman.

81) His addi possunt ea quae dixit *Immanuel Aboab* (in Nomologia) de librorum Hisp. praestantia (v. *Wolf.* B. H. II p. 302. 303).

82) *C. H. Zeibichius*, diatriba de codicum Orient. et Occid. dissensionibus (in: Collectio opusc. hist.-philol.-theol., ed. *Jo. Oelrichs*, tom. II, p. 3—28, Brem. 1770, 4to), nova post *Buxt.* et *Carpz.* non attulit.

83) De h. l. v. infra § 14, I, C. F. et *Jul. Fürst*, Kultur- und Literaturgeschichte der Juden in Asien. Lps. 1849 vol. I p. 62.

84) Ut unum saltem exemplum afferamus: cod. Kennic. 516 (Florent. 13, Laur. III, 3, scr. an. 1291) ad Jes. 6, 13 habet למערבאי עשריה כתיב למדנחאי עשיריה כתיב.

85) *Uri* (Bibl. Bodl. Cat., Oxon. 1787 fol. p. 2a, cod. 4) de cod. Laud. A 168 (Targ. Jon.) „praeponuntur variae in Hagiographa lectiones, quibus inter se ben-Ascher et ben-Naphtali, Orientales item et Occidentales discrepant.“ — Indicem Chajimianum codicum ope multis locis et emendari et augeri posse docet *Norzi* ad Jos. 15, 53. Job 17, 10. 26, 2. 37, 19. Ruth 1, 14. Koh. 3, 9. Nah. 2, 6. 12. Zeph. 3, 7. al.; cf. etiam infra lit. f.

86) Typis exscriptae sunt praeterea in omnibus Bibliis Rabbinicis quae post Chajimum in lucem prodierunt (in Basileensibus quae edidit Buxtorfius, in Masora magna fol. 65b sq.) et in appendice ad Biblia Sacra Polyglotta (Lond. 1657, vol. VI. p. 14. 15). Exstare hunc catalogum in prima quoque Biblior. Rabbinicor. editione per errorem contenderant *Brianus Walton* (Proll. VIII, 27), *Jo. Gottlob Carpzovius* (Critica Sacra, part. I, cap. VII § 7, p. 358, Lips. 1728), *Zeibichius* l. l. p. 14, *J. S. Semlerus* (Uebers. des Buches Massor. hammassoreth, Halae 1772, adn. 35, p. 34), alii. Erratum hoc primus animadvertit *Bruns* (ad *Kennicotti* diss. gen. § 41, p. 79); postea ipse evolvi Biblia a *Felice Pratensi* edita (Venet. 1516, Bibl. Reg. Berol. *Bl* 4610), in quibus hunc lectionum variarum indicem non inveni.

87) *Elias Levita* (in Schibre Luchoth, p. 253 ed. *Semler.*), *de-Rossi* (Proll. part. I p. XXXVIII, § XXXV), multi alii.

88) ita *J. G. Carpzovius* (Critica Sacra l. l.).

b) omnes pertinent ad literas et voces (duabus tantum exceptis, sc. Jer. 6, 6 ubi Orientales scribunt עצה מפיק et Amos 3, 6 ubi iidem עשה מפיק), ex quo *Elias Levita* (Masor. ha-Masor., praef. III., p. 35 ed. *Semler*) effici putat has lectiones collectas esse ante punctorum vocalium et accentuum inventionem.

c) sensum raro tantum mutant, quia „magna ex parte versantur circa literarum quiescentium vel omissionem vel additionem vel permutationem vel transpositionem.“ „Thren. 5, 21 יהוה habent Occidentales, Orientales eius loco אדני ponunt.“ [89]

d) lectiones variae sunt in Bibliis Chajimianis (et in omnibus Biblior. Rabb. editionibus Chajimum secutis) *CCXVI;* numerantur enim in Josua 11, in libro Judicum 8, Samuelis liber habet 10, lib. Regum 21, Jes. 18, Jer. 34, Ezech. 22, Proph. min. 13, Chron. 11, Psalm. 8, Job 12, Prov. 8, Ruth 7, Cant. Cant. 2, Eccles. 6, Thren. 6, Esth. 4, Dan. 8, Esra 7.

e) Judaei in Europa degentes s. Occidentales *auctoritatem lectionis Occidentalium* (מערבאי) *sequuntur*, v. *Levitae* praef. III. ad libr. Masor. ha-Masoreth (p. 34 ed. Semler), *Norzium* ad Gen. 4, 22. Lev. 16, 33. Ez. 43, 26. Job 6, 21. 41, 3., licet nonnumquam in uno alterove codice idem atque in Orientalium libris scriptum sit, v. *Norzium* ad II Reg. 18, 29: להציל אתכם מידו. הספרים שכתוב בהם מידי הם כבני בבל, אבל לבני ארץ ישראל שאנו סומכים עליהם בחילופי המקרא כתוב מידו; Ezech. 27, 31 קרחא, codices multi et Masora cum Orientalibus consentiunt, v. *Norzium* ad h. l. et *S. Pinskerum* (Einleit. in das bab.-hebr. Punktationssyst. p. 85. 130); Koh. 4, 1 הָעֲשֻׁקִים editiones multae necnon Masorae codices nonnulli cum Orientalibus sine Vav, v. *Norzium;* cf. etiam *Aben ʿEzra*, ad Zach. 14, 5, quem p. 39 laudabimus.

f) non omnes lectiones inter Occidentales et Orientales *controversas inveniri in indice a Chajimo edito* ex eo discimus quod diversitates nonnullae quarum hîc mentio non fit passim in Judaeorum scriptis commemorantur. Eas quae nobis innotuerunt (cf. praeterea adn. 85) hoc loco enumerabimus.

1. Orientales ממנו *ab eo* legunt מִמֶּנּוּ, *a nobis* iis est מִמֶּנּוּ, v. *Aben ʿEzra* ad Ex. 1, 9 כל ממנו בספרי אנשי מזרח סימן לרבים הנו״ן רפה כמשפט להפריש בינו ובין ממנו פנה שהוא סימן לשון יחיד ... וכל ספרי מערב שניהן דגושין, בין שהוא סימן לשון יחיד ובין שהוא סימן לשון רבים והיה כן וכו׳. Huius diversitatis iam in Talmude mentio fit, bab. *Sota* 35a ubi de Num. 13, 30. 31 haec: עָלֹה נַעֲלֶה וְיָרַשְׁנוּ אֹתָהּ וגו׳, וְהָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר עָלוּ עִמּוֹ אָמְרוּ לֹא נוּכַל וגו׳. אמר רבי חנינא בר פפא דבר גדול דברו מרגלים באותה השעה כִּי חָזָק הוּא מִמֶּנּוּ, אל תקרי מִמֶּנּוּ אלא מִמֶּנּוּ, כביכול אפילו בעל הבית אינו יכול להוציא כליו משם. De pronuntiatione vocis ממנו diversa statuunt Orientales et Occidentales his locis: Gen. 3, 22. 23, 6. 26, 16. Ex. 1, 9. 14, 12. Num. 13, 31 (ubi cf. *Norzi*). Dt. 1, 28. 2, 36. Jud. 21, 1. I Sam. 7, 8. I Reg. 20, 23. Jes. 59, 9. 11. 64, 6. Jer. 4, 8. 38, 25. II Chron. 29, 10. Job 21, 14. 22, 17. Psalm. 2, 3. 103, 12. Ezr. 10, 14. Praeterea legas *S. Baerium* ad *Abulwalidi* Sepher ha-Rikma p. 112 not. (Francof. ad M. 1856, 8vo), *Pinskerum* (Einleit.) p. 104: ממנו הנו״ן רפה והמ״ם הב׳ בפתח גדול = מִמַּנּוּ כדין כשהוא לנסתר יחיד, אבל לרבים מדברים בעדם לא די שהנו״ן רפה אלא שגם המ״ם בצי״רה מִמֵּנוּ = מִמַּנּוּ, p. 45 nec non p. 2 ubi etiam *Geiger* (Kerem Chemed IX, 69) laudatur.

2. Gen. 4, 22. Masora magna ad Gen. 46, 20 habet haec: תובל קין למדינחאי מלתא חדא כתיב וקריין, למערבאי תרין מלין כתיב וקריין.

3. Lev. 16, 33 libri editi et manu scripti habent וְעַל הַכֹּהֲנִים, in Masora finali autem sub lit. כ״ף legitur: על הכהנים ד׳ וסי׳ וְכִפֶּר אֶת־מִקְדַּשׁ הַקֹּדֶשׁ (h. l.) וְלֹא סָרוּ מִצְוַת הַמֶּלֶךְ (2 Chr. 8, 15) וַיִּדְרֹשׁ (Neh. 12, 44) וַיִּפָּקְדוּ בַּיּוֹם הַהוּא (2 Chr. 31, 9) יְחִזְקִיָּהוּ; Masora fin. quin per errorem locum Lev. 16 inter eos enumeret quibus scribatur על dubitari nequit, praesertim si *Norzii* testimonium addimus qui in Pentateucho manu scripto vetusto haec legit: על הכהנים ג׳ וסימנהון ויפקדו וידרש ולא סרו וחד ועל הכהנים דוכפר את מקדש הקדש ולית כותיה דסמיך ופליגי ביה מדינחאי דאמרי על הכהנים ובמסרת׳ ד׳.

4. Deut. 16, 3. Voces כִּי בְחִפָּזוֹן Occidentalibus sunt in medio versu, Orientalibus sunt initium versus. (Hunc locum laudavit *Baer*, Genesis p. 81 adnot. 1). De חלוק הפסוקים v. *Pinsker* (Einl. p. 4. 48. 134).

5. Zach. 14, 5. Occid. legunt וְנַסְתֶּם, Orient. וְנִסְתַּם v. *Aben ʿEzra* ad h. l. ויונתן תרגם ואסתתם, דומה שהיה קורא וְנִסְתַּם בשקל כי נכתם עונך, וכן נמצא במקצת הספרים ואמר (הרמ״בם) כי כן קוראים אנשי מזרח ונסתם; v. etiam *Pinsker*, Einl. p. 2.

6. Jes. 3, 17 פָּתְהֵן, Masora marg.: ל׳ למדנחאי פתהן.

---

89) *Joh. Buxtorfius*, fil., Anticritica, Basil. 1653, 4to, p. 512.

His ex locis discimus 1) lectiones Orientalium etiam in Pentateucho nonnumquam ab Occidentalibus differre, 2) has diversitates ad vocales quoque pertinere.

Haec fere nobis e scriptis Rabbinorum nota fuerunt de diversitatibus inter Occidentales et Orientales. Nunc meliora edocti sumus a *Pinnero* (Prospectus der der Odessaer Gesellschaft für Geschichte u. Alterthümer gehörenden ältesten hebräischen u. rabbinischen Manuscripte, Odessae 1845, 4to), qui codices tres punctatione Babylonica instructos (*B.* No 3. 15. 16) descripsit,[90]) et a *Simcha Pinskero* (Einleitung in das babylonisch-hebr. Punktations-System, Vindob. 1863), qui multa de his lectionibus variis collegit.[91])

In fine commemorare liceat non omnes Orientales de Scripturae Sacrae textu semper unum idemque statuisse: quod ut exemplo et probetur et illustretur Sorianos et Nehardeenses[92]) de nonnullis locis non consensisse demonstrabimus. *De-Rossi*, Proll. p. CV de codice suo 274 (Pentat., saec. XI. vel XII.): „Exstat ad calcem Masora finalis, ubi et discrepantiae afferuntur inter Nehardeenses et Sorianos de sectionibus apertis ac clausis," quarum sectionum nonnullae „tanta hinc inde auctoritate et usu confirmabantur, ut binae illae celebres et antiquissimae academiae[93]) incertae plane essent quas sequerentur exspectarentque super hac re Messiae adventum ac iudicium" (id. Proll. p. XXXIX). — De voce הלְיהוה Deut. 32, 6 Masora habet haec: לסוראי ה׳ לחוד לְיי׳ לחוד, לנהרדעי הל׳ לחוד יי׳ לחוד, לספרי׳ אחרי׳ חדא מלתא. — *Kimchi* (lib. rad. s. r. חול) scribit de voce וְכַחוֹל Job 29, 18: וראיתי בספר מדויק ירושלמי וְכַחול אַרְבֶּה יָמִים בשורק לנהרדעי ובחולם למערבאי. — Praeterea cf. Masor. magn. ad Neh. 3, 37. (4, 5 עַל־עֲוֹנָם), *Pinsker*. Einl. p. 2. 123. 129, *Norzium* ad Gen. 47, 19. Ex. 36, 23 (de Ex. 17, 4 v. *Bruns.* ad *Kenn.* diss. gen. p. 113). — In Bibliis Rabb. Bomb. I (Venet. 1516) ante enumerationem lectionum inter ben-Ascher et ben-Naphtali controversarum primum 22747 versus Biblici esse dicuntur, deinde haec: הני פסקי דפלגי עליהן ספרי נהרדעי לא מרבכם וידעת כי ה׳.

Nonnullas alias diversitates commemorari a R. Meïr ha-Levi ait *de-Rossi*, nos multas paginas libri סייג לתורה frustra evolvimus.

Utrorum lectioni, Occidentalium an Orientalium, Nehardeensium an Sorianorum, singulis locis maior auctoritas tribuenda sit: hac de re nunc pluribus agere nec volumus quia longum est, nec possumus quia primum quidem de origine indicis a Chajimo editi nihil fere pro certo scimus, praeterea autem codices qui exstant antea maiore cum cura comparati et ita nobis melius noti sint necesse est. (Nonnulla quae huc pertinent collegit *Geiger*, Urschrift.)

90) Cod. celeberrimus est *B*, 3, qui continet prophetas posteriores et scriptus est an. 1228 aer. contr. (916/917 p. Chr. n.); de his codd. v. etiam *Pinsker*, Einl. p. VI sq.

91) de חלוף הטעמים v. p. 33. 34. 35. 84. 89. 104. 108. 120 (bis); de חלוף הקריאה p. 4. 121—132 ubi diversitates quae sunt in Prophetis posterior. enumerantur indexque Chajimianus augetur et emendatur, de חלופי המסורות p. 5. 9. 72. 122—132.

92) De נְהַרְדְּעָא v. *Buxtorf*. Lex. Rabb. col. 1313, Tiberiad. (ed. 1665) p. 23—25, de סּוּרָא (סוּרְיָא) v. Lex. Rabb. col. 1452 sq., Tiber. p. 23; nunc de omnibus oppidis in Talmude commemoratis conferatur *Neubauer* (la géographie du Talmud, Paris. 1868, 8vo). — Multa de historia academiarum Sor. et Neh. collegit *Jul. Fürst*, Kultur- und Literaturgesch. der Juden in Asien, Lips. 1849, p. 63—113. 197 sqq. 226 sqq. 251 sqq.

93) In hac re erravit de-Rossi: nulla enim de his lectionibus fuit inter academias controversia (id quod alii quoque, ut *Zeibich*. l. l. p. 11. 12, errantes putaverant); sed codices tantum inter se nonnumquam differebant, cf. *Jac. Sapphir* (אבן ספיר, Lyck 1866, fol. 16, adnot.), qui in Masora Bibliothecae Parisiensis haec legit (de Deut. 32, 6): בספרא דסוראי ה׳ לחוד לה׳ לחוד, ובספרא דבי ילתא הל׳ לחוד וה׳ לחוד ובספרא אח־ינא הלה׳ כחדא מלתא. Bene *H. Graetz* (Monatsschrift für Gesch. u. Wissensch. des Judenth., 1871, Heft II p. 50, Vratislav.): „Hier ist deutlich genug von *Codices* u. nicht von *Schulen* die Rede. Man wird doch nicht etwa *Jalta* [de J. v. *Fürst*, l. l. p. 104. 105.], die hochmüthige Frau des Amoräers R. Nachman bar-Jakob († 322) als das Haupt einer masoretischen Schule ansehen? Man darf nicht Alles zu Schuldifferenzen stempeln, wie es Pinsker gethan hat. Die Varianten der Madinchaï und Maarbaï, der Suraï und Nahardaï sind lediglich auf Codices zurückzuführen."

§. 6. De raritate codicum antiquorum.

Permulti critici codices antiquos esse perraros[94]) hancque raritatem Vis Ti textui emendando obesse cum dixerint, paullo accuratius hac de re disputandum esse existimavimus.

Causae quae ut libri antiqui Hebraici fere omnes perirent effecisse dicuntur sunt hae:

94) „qui XII. saeculum excedunt remotissimi aevi dicendi sunt, rarissimi veraque aetatis et bibliothecarum κειμήλια" (*de-Rossi*, Proll. part. I, § XIV, p. XV).

1) *Geniza*, גְּנִיזָה (absconsio, sepultura). De hoc Judaeorum more legatur *Tychsenii* Tentamen (p. 27 adnot.): „Judaei et codices SS. spurios et vetustate attritos etc. in maximum philologiae sacrae detrimentum et in summam codicum vetustissimorum iacturam et abolitionem cum viro docto sepelire instituebant, qui mos utcumque absurdus ad hunc usque diem obtinet, ut videre est in Mantissa ad *Wagenseilii* Sotam p. 1180 [Altorf. 1674. 4to] etc., quo factum est, ut quandoque codices Hebraei in effossione sepulcrorum reperti fuerint, vid. l. c. p. 310 et 617. Ut vero dictis fidem faciam quaedam iuvabit adducere testimonia. Tr. *Megilla* 26b, lin. 38 ס״ת שבלה גונזין אותו אצל תלמיד חכם, i. e. Legis librum detritum abscondunt apud virum doctum. Aliquantum clarius hunc ritum describit Auctor Arba Turim, *Joreh De'a* § 282 (fol. 68, 4 ed. Hanov. 1610 fol.): ס״ת שבלה או נפסל נותנין אותו בכלי חרש וקוברין אותו אצל תלמיד חכם וזו היא גניזתו, volumen Legis attritum et illegitimum vasi includunt testaceo et iuxta eruditum sepeliunt. Atque in hoc consistit absconsio,[95] cf. *Baba Kama* fol. 17a, lin. 5, *Maimon.* Sepher Thora cap. X § 3, fol. 99b." Praeterea cf. *de-Rossi* (Proll. part. I, § XV, p. XVI): „Pauci supersunt antiquissimi codices Hebraici; qui vero ad Graecorum, Latinorum, Syrorum, Coptorum antiquitatem ascendant nulli. Plures nobis invidit abripuitque aetas, longe plures Judaeorum superstitio ac Talmudistarum praescriptum in tractatu *Sopherim*,[96]) quo cautum est, ut „„libri (sacri) et phylacteria eorumque integumenta, si attrita sint, sepeliantur."" Gravissimae maiorum sanctioni obsequens quaelibet synagoga publicum codicum absconsioni locum destinat, dictum *ghenizà* quo a privatis quibuslibet libri omnes afferuntur laceri, corrosi, mutili, usui non amplius vel aegre inservientes, fragmenta, folia, plagulae, ne distrahantur in profanos usus divinaque nomina profanentur. In hoc ergo loco singula primum deponuntur, unde nos plura optima fragmenta extraximus; deinde vero eo evacuato ut aliis excipiendis fiat locus, in fovea vel puteo sepeliuntur ad hunc usum sepulcretis effosso. Ita constantissimam hanc multorum saeculorum consuetudinem religiosissime adhuc hodie servant Hebraei". De aliis librorum sacrorum abscondendorum causis v. Talm. Bab. *Sabbath* 103b fin.: כתבה כשירה או שכתב את השירה כיוצה בה או שכתב שלא בדיו או שכתב את האזכרות בזהב הרי אלו יגנזו (cf. tr. *Sopherim* I § 9 [*Adler*, l. l. p. 6]). — *Schickardus* (Jus Regium Hebr., ed. *Carpzov.*, Lips. 1674, 4to, p. 126. 127) ex Joreh De'a § 281 et ex *Alphesi* p. 349b codices ab Haereticis scriptos haud raro combustos esse docet.

95) Quin etiam involucra (מטפחות, *Buxt.* Lex. Rabb. c. 901) codicum Biblicorum abscondebantur cf. ea quae, loco a Tychsenio laudato, sequuntur: מטפחות שבלו עושין תכריכין למת מצוה.

96) Cogitat de § XIV. capitis V. מקק הספרים מקק התפילין מקק מטפחות הספרים הרי אלו יגנזו (*J. G. Chr. Adler*, Judaeorum codicis s. rite scribendi leges, Hamburg. 1779, 4to, p. 23).

2) *Frequentia Judaeorum exsilia* (*Tychsen*, Tent. p. 229).

3) Alia causa raritatis codicum antiquorum *Tychsenio* (l. l.) est: „antecedens usus codicum hebraeo-graecorum et hebraeo-latinorum fere universalis" (!). Non magis quam hoc Tychsenii inventum placent

4) ea quae *Brianus Waltonus* (proll. IV, 8) dixit: „Ratio etiam probabilis reddi potest cur non habemus codices Hebraeos ita antiquos, ut Graecos quosdam Veteris ac Novi Testamenti: quia scil. *post Masoretharum criticam* et punctationem ab omnibus receptam *Judaeorum magistri omnes codices his non conformes ut profanos et illegitimos damnarunt;* unde post pauca saecula omnibus iuxta Masoretharum exemplaria descriptis reliqui reiecti et aboliti. Hinc est quod pauca habemus exemplaria 500 vel 600 annorum." (Conf. etiam *Kennicotti* dissertat. II, p. 459. 465.)

§. 7. Enumerantur codices antiqui.

Neque vero tam rari sunt libri manu scripti antiqui quam usque ad saeculi praeteriti decennium octavum critici omnes putaverunt.[97]) Perpauci quidem ante hos centum annos noti fuerunt codices antiqui, hancque ob rem de eorum raritate viri docti non sine causa queri videbantur; post *Johannem Bernhardum de-Rossi* autem, qui primus magnam diligentiam in conquirendis codicibus antiquis collocavit, multo plures nostro saeculo sunt reperti. Nunc igitur multi libri manu scripti haud parvae aetatis

97) *Assemanus* Biblioth. Vat. Catal. Rom. 1756, I, 1, p. 459: „neque in ulla, quod sciri possit, Asiae vel Europae bibliotheca ante annos 900 scriptum Ebr. codicem reperiri compertum exploratumque est." – Cf. etiam *Rich. Simon* ap. *Wolf.* B. H. II, 325.

noti sunt, quos hoc loco breviter si enumeraverimus operae pretium fecisse nobis videmur.

I) Omnium qui exstant codicum celeberrimus et praestantissimus est liber qui nomen accepit a R. *Aharone ben-Mose ben-Ascher*, Karaeo [?],[98] qui saeculo decimo Tiberiade vixit.[99] De hoc codice primo loco afferendum esse censemus testimonium *Mosis ben-Maimon* (Jad chazaka, Seph. Thora, c. VIII § 4, ed. Venet. 1550, fol. 56b) וספר שסמכנו עליו בדברים[100] אלו הוא הספר הידוע במצרים שהוא כולל ארבעה ועשרים ספרים שהיה בירושלים מכמה שנים להגיה ממנו הספרים, ועליו היו הכל סומכים לפי שהגיהו בן אשר ודקדק בו שנים הרבה והגיהו פעמים רבות כמו שהעתיקו. quibus verbis *Graetzii* (Gesch. V. p 344) addantur: „Dieses ben-Ascher'sche Bibelexemplar wurde von Karäern und Rabbaniten als Mustercodex anerkannt und wie ein Heiligthum angesehen. Der jetzt übliche masorethische Urtext der heil. Schrift beruht einzig und allein auf ben-Ascher's Original-Exemplar." — Multa per saecula nemo fere[101]

98) *Pinsker*, Likkute Kadmonijoth fol. 32. *H. Graetz*, Geschichte der Juden, tom. V., p. 344. 555—557. — *Jacobo Sapphir* qui (in אבן ספיר Lyck 1866, fol. 18a) id agit ut probet ben-Ascher Rabbanitam fuisse respondit *Graetz* (Monatsschrift für Gesch. u. Wissenschaft des Judenthums, 1871, Heft II p. 54—58. — *David Oppenheim*, in Ha-Maggid (Lyck 1870, No 46, p. 365 b), in Rabbanitarum numero Ascherum fuisse existimat.

99) *Jacob Sapphir* (l. l. fol. 16a b) facit cum auctoribus librorum *Juchasin* et *Kore ha-doroth* qui ben-Ascher saeculo IX. millennii quinti (post an. 1040 p. Chr. n.) floruisse statuunt. Haec autem opinio, ut alia taceamus eo quoque refellitur quod Bibliorum codex (scr. an. 1008[1010?], Odessae servatur, v. infra § 7 VII d, p. 53.) hanc habet subscriptionem (*Pinner*, prospectus p. 86): שמואל בן יעקב כתב ונקד ומסר את המחזור הזה כל מקרא מן הספרים המוגהים המבואר׳ אשר עשה המלמד אהרן בן משה בן אשר נוהו בגן עדן והוא מוגה באר היטב. — Fusius de Aharone b. Mose b. Ascher et de ben-Naphtali disputarunt: *Buxtorfius* (de punct. antiq., p. 262 sq.), *Wolfius* (B. H. I, p. 126—128), *J. G. Carpzovius* (Critica Sacra, p. 358—360, ed. Lips. 1728, 4to), *Luzzatto* (prolegomeni ad una gram. rag. p. 22 sq.), *Julius Fürst* (Handwörterb. I p. XXI. XXII, ed. II, Lips. 1863., et in: Geschichte des Karäerthums bis 900 der gew. Zeitrechnung, p. 112—116, Lps. 1862), *H. Graetz* (Geschichte der Juden, tom. V. p. 315. 344. 345. 555—557) qui nuperrime de Aharone ben-Ascher eiusque patre disputavit (in: Monatsschrift, 1871, Heft I p. 1—12, II p. 49—59).

100) quod attinet ad sectiones apertas, clausas etc.

101) Vidit *Moses ben-Maimon; R. David ben-Simri* (in Scheeloth utheschuboth, v. *Sapphir* l. l. fol. 12a) ex Aegypto Beroeam eum allatum esse commemorat; vidit codicem ben-Ascher (licet *Bruns* ad *Kennic.* diss. gen. p. 571 „hallucinari Judaeum" contendat) *Said ben-Daud*, qui in comment. ad *Maimon*. Hilchoth Sepher Thora cap. 8 (Cod. Bodl., *Uri* 239; הספר שסמך עליו הגאון ז"ל עדיין ואני usque ad צובה in margine) haec scribit: היום במדינת צובה והיא חלב ויסמוה אלתאג [ואני בעצמי ראיתיו בהלב בזה הזמן השיא (sic) מדינת צובה] ומכתוב עלי רק בכל ורקה תלאת דפאת ומכתוב פי אכרה שהגיהו בן אשר.

hunc codicem vidit,[102] sed de lectionibus eius Judaei docti nonnisi ex apographis vel lectionum inter ben-Ascher et ben-Naphtali controversarum indicibus certa cognoscere potuerunt: nihilo minus summa semper apud Occidentales fuit lectionum Ascherianarum, quatenus notae erant, auctoritas, id quod luce clarius apparet ex *Aben ʿEzrae*, *Kimchii*, *Balmesii* testimoniis a *Buxtorfio* (de punct. ant. p. 264. 265) allatis, quibus addi possunt *Elias Levita* (praef. III. ad libr. Mas. ha-Mas., p. 37 ed. *Semler*, et Schibre Luchoth p. 252) et *Norzi* (ad Gen. 1, 3). Nec minus ex unanimi fere librorum manu scriptorum consensu quanti ben-Ascher a Judaeis in Europa viventibus[103] aestimatus fuerit cognosci potest: ubicumque enim ben-Ascher et ben-Naphtali inter se differunt, ben-Ascheri auctoritatem codices sequuntur.[104] —

Nunc scimus codicem a ben-Ascher nominatum non deperiisse sed servari Beroeae,[105] v. ea quae scripsit *Jac. Sapphir* in commentariorum qui (Hierosolymis) sub nomine הלבנון prodierunt volumine primo et postea in itinerum suorum descriptione (אבן ספיר, Lyck 1866). — Codex ipse, dico literas consonantes, scriptus est a שלמה בן בויאעא (*Sapphir*, l. l. fol. 12b, lin. 10. 11, fol. 18a lin. 7), המנקד autem והמסיר fuit מר אהרן בן מר אשר (l. l. fol. 12b

102) *Elias Levita* (Schibre Luchoth, in Masoreth ha-Masor., ed. *Semler*, p. 251) librum Hierosolymitanum (ספר ירושלמי) a R. Jona (Abul-Walid) saepe laudatum codicem Ascherianum esse conicit eiusdemque opinionis est *W. Schickardus* (Jus Reg. Hebr., ed. *Carpz.* p. 99). Utrumque errare colligi potest et ex iis quae de fatis libri a ben-Ascher scripto diximus et ex *Kimchii* verbis (Michlol 184b, ed. Fuerth) ורבי יונה כתב כי מְאַוֵּיִ רָשָׁע (תילים קמ״) רפה ולא מצאנוהו אנחנו כן אלא בספר אחד ירושלמי ראיתיו רפה קמץ הו״, והוא הספר אשר סמך עליו רבי יונה, כי הוא מביא ראיה תמיד ממקרא ירושלמי וזהו שהיה בסרקוסטא זה שנים רבות.

103) Palaestinenses quoque et Judaei in Africa septentrionali degentes habent lectiones ben-Ascher, cf. *Jul. Fürstii* Geschichte des Karäerthums von 900—1575 (Lps. 1865), p. 119. In adnot. (p. 42, No 57) laudat *Pinskeri* Likkute Kadm. 130, qui multa exempla e lexico *Dâwud el-Fâsi* affert.

104) Nonnullis tantum locis exceptis, v. Lib. I cap. I § 3, p. 29.

105) Judaei nunc oppidum vocant *Aram Zoba*, in Bibliis est חֶלְבּוֹן.

lin. 12. 13, fol. 18a lin. 13). Ea quae in pagina prima et in calce huius libri de eius origine fatisque traduntur, *Jac. Sapphir* (fol. 12b. 13a) typis exscribenda curavit, explicavit fol. 17b—20a. De fatis codicis Ascheriani haec fere nota sunt. Primum fuit Hierosolymis, postea in Aegyptum ablatus est;[106] ubi *R. Moses ben-Maimon* eo usus est Ex Aegypto Beroeam quo tempore venerit ignoramus.[107])

Lectiones ben-Ascheri multae commemorantur a Rabbinis et in Masora finali (v. quae supra diximus Lib. I, c. I § 3, p. 24 sqq.).[108]) *Cum autem liber ab ipso scriptus adhuc exstet, magnopere optandum est ut hic codex qui multa per saecula summam apud Judaeos habuit auctoritatem quam accuratissime edatur: ubi enim primum omnes lectiones ben-Ascheri notae erunt, collatione codicum punctis vocalibus et accentibus instructorum fere omnium supersedere poterimus.* Haud pauci enim a Machazor Ascheriano descripti sunt,[109]) plures secundum auctoritatem eius emendati (v. verba R. Mosis ben-Maimon p. 44 allata).

II) *Codex Prophetarum*, qui servatur Cahirae in Synagoga Karaeorum (v. de hoc libro *Sapphir* l. l. fol. 14a fin. sqq.). Scriptus est anno 827. post templum alterum dirutum (l. l. 14b, lin. 14.) vel anno 4656. p. m. c. (895 p. Chr. n.) a *Mose en-Ascher* [110])

---

106) Sapphir verbis quae initio codicis leguntur: אנתקל . . . מן נהב ירושלם לקהל מצרים . . . (id est נעתק מהשלל) permotus hoc c. an. 942 (=1182) factum esse existimat, v. l. l. fol. 17b p. med.: קרוב ונראה שהי׳ זה שנת ד״א תתקמ׳ב עת כבש הסולטאן שאלאדינו קליפו מלך מצרים את ע״הק ירושלם מיד הנוצרים ואז היתה ירושלם לביזה ולשלל. Melius fortasse e subscriptione Bibliorum an. 1008 [1010?] scriptorum colligi potest Machazor Ascherianum iam multo ante hunc annum in Aegyptum ablatum esse. (Cum haec iamdiu scripsissem, nuper vidi *Graetzium* quoque [Monatsschrift, 1871, p. 53. 54] codicem ben-Asch. ante Saladini tempora [tempore Hakimi] Cahiram asportatum esse censere.

107) v. *R. David ben-Simri* adnot. 101.

108) Multae lectiones ben-Ascheri a Chajimo allatae e commentario Norziano emendari possunt, v. Minchath Schai ad Deut. 11, 11. 12, 20. Jos. 24, 18. Jud. 21, 19. Job 40, 29. Cant. 8, 2 al.

109) Apographum est Odessae: Biblia scr. an. 1008[1010?] (v. infra p. 53.); Tikkun Sopherim e ben-Ascheri codice factum servatur Cracoviae (v. *Mardochai Weissmann* in *ha-Maggid* I, No 47. 48. 50. II No 16; melius *Sapphir*, l. l. fol. 13a fin. — 20a).

110) Non fuit e tribu Ascher, sed pater אשר nomen habuit. Ipse enim scribit: אני משה בן אשר.

(14b, lin. 6.), incola Tiberiadis oppidi (lin. 8.), Karaeo.[111]) *H. Graetz* (Monatsschr. 1871, p. 9) haud male hunc virum patrem Aharonis ben-Mose ben-Ascher fuisse conicit. — Codicis folia prima et media desunt (Sapphir 14a fin.).

III) *Codex Prophetarum posteriorum*, 4to, apud Kennicottum cod. 126 (K. „assignandus videtur codex initio saec. XV.“), nunc in Museo Britannico: *Sloane* 4708. De eo scripsit *M. Heidenheim* (Deutsche Vierteljahrsschrift I p. 259—274. 396—405. 552—562 [Gothae 1861/62]. II p. 72—79 [Goth. 1865]. — Codex Masora caret; Keri, vocales, accentus ab alio additi sunt (Heidenh. I 263). Quod ad aetatem libri attinet Heidenheimius ipse fatetur (I, 265): „Wir sind also nur auf die Gestalt der Buchstaben verwiesen. Allein diese sind, wie das beiliegende genaue Facsimile zeigt,[112]) in der nachlässigen Weise wie man zur Zeit der Talmudisten schrieb, so dass man in den ersten Jahrhunderten sich veranlasst fand darauf hinzuweisen, das ב u. כ, ג u. צ, ד u. ר, ה u. ח, ט u. פ nicht zu verwechseln. . . . Obwohl wir nicht wagen ihn ins sechste Jahrh. mit Dr. Margoliouth zu versetzen, so kann derselbe dennoch zwischen dem 6. u. 8. Jahrh. geschrieben u. wohl jedenfalls der älteste Codex in Europa sein.“ Hunc codicem esse antiquum libenter concedimus, minime vero plus undecim saecula eum habere demonstratum est, cum e sola literarum figura de librorum Hebraicorum aetate accurate concludi nequeat. Heidenheimius ipse hoc argumentum non sufficere intellexisse videtur, alterum enim addit (I p. 266. 267), sc. lectionum variarum cum LXX virorum versione collationem codicem Sloane 4708 vetustissimum esse testari. Ex iis autem quas prelo subici iussit lectionibus non minus bene librarium versionis Graecae auctoritate motum textum Hebraicum hic illic commutasse colligi potest. — Lectiones variae quae sunt in Jesaiae vaticiniis leguntur l. l. I p. 268—274; de Jeremia cf. I p. 398—405, de Ezechiele I p. 553—562, de duodecim Prophetis minoribus tom. II p. 73—79. — Hunc codicem Vindobonensi (v. infra No V. p. 49) multis locis simillimum esse ait Heidenh. l. l. I p. 262.

---

111) v. *H. Graetz*, Monatsschr. 1871, p. 54—58; *Sapphir*, l. l. fol. 16b. 17a Rabbanitam eum fuisse contendit. [Cf. supra adn. 98.]

112) Jes. 4, 2 sqq.; p. 398 exstat facsimile capitis XXXIII inde a v. 9 fin. usque ad v. 12 med.

IV) De duobus aliis codicibus antiquis qui nunc in Syria servantur ea tantum mihi nota sunt quae *Heidenheimius*, a Dr. Margoliouth edoctus, eo loco affert quo codicem Sloane 4708 describit (l. l. I p. 260): „Dr. Margoliouth fand jedoch einen Codex in Damascus, der das Eigenthum der jüdischen Familie *Parchi* ist, dort als grosses Heiligthum aufbewahrt und der Gemeinde nur am Feste der Gesetzfreude vorgezeigt wird und nach einer auf dem Titelblatte später zugefügten Notiz aus dem dritten Jahrhundert sein soll.“ „Ein andrer Codex befindet sich in der Nähe von Damaskus in Ǵuber [melius Ǵobar جَوْبَر], wo die Juden ihn in einer Höhle aufbewahren, und der aus der Makkabaeerzeit stammen soll. Nach dem mündlichen Bericht des genannten Herrn, der diesen Codex untersucht hat,[113] soll derselbe jedenfalls sehr alt sein; er ist nicht auf einer Rolle geschrieben, sondern das Pergament ist mehr nach der chinesischen Weise zusammengelegt.“ — Utinam viri docti quibus Damascum proficisci licebit accuratius hos libros inspiciant eorumque lectiones colligant![114]

113) partes antiquiores saeculo VI. attribuit, v. *Heidenheim*, l. l. I p. 263 adnot.

114) Magna codicum Damascenorum fama fuit iam initio saeculi XVII., v. ea quae *Wolfius* (Bibl. Hebr. II p. 303) attulit ex *Immanuelis Aboab* Nomologia (II, 220 sq.): „Legi etiam, quod et fama fert, Damasci codices esse antiquissimos inde a tempore Templi sanctissimi, imo, ceu nonnullis videtur, ab aetate Esdrae, de quo quid statuendum sit Deus novit.“ — Huic testimonio adde id quod *Tychsen* (Tentamen p. 137, Bützowische Nebenstunden III p. 35 sq.) e דרכי ציון *Mosis ben-Naphtali Praeger* affert. — Ex itinerario inedito *R. Samuelis ha-Kadosch ben-David* (Cod. Petropol. 749), cui *J. C. Wolfius* (Bibl. H. III, 1080) per errorem nomen dedit *Jemsel*, *Adolf Neubauer* (Aus der Petersburger Bibliothek, Beiträge zur Geschichte des Karäerthums, Lps. 1866, p. 46) inter alia haec affert: „Er begiebt sich dann [Damasco profectus] nach einem Dorfe *Sufar* [= דויבר Tychs. p. 137, *Guber* Hdnhm. I 260, ?], wo sich eine alte Synagoge befindet, die 60 Jahre *vor der Zerstörung* des zweiten Tempels gebaut wurde; im *Hechal* sind an 100 alte Rollen; an der Seite des Hechal ist eine kleine Höhle, wo der Prophet Eliah gelebt haben soll, als Gott ihn nach der Wüste bei Dam. geschickt hatte [I Reg. 19, 15]. Diese Synagoge hat einst ebenfalls den Karaim gehört; er verrichtet hier, so wie an allen heiligen Orten, das ‚Gebet‘ und gibt Spenden für Arme und Oel für die Synagogen-Lampe, er geht nach Damaskus zurück. Dort soll eine sehr schöne Synagoge sein, wo drei Hechal mit 6 Rollen ausser den alten sind, sie hat drei Thore und einen schönen Garten; auch ist hier ein *Chumasch* handschriftlich, welcher vor 1051 Jahren [an. 509 p. Chr.] geschrieben ist, eine ganze *Bibel* handschriftlich mit vielen Gemälden, als der Tempel, die Mauern Jerusalems, der Altar und dessen Geräthe, alle Zeichnungen vergoldet, geschrieben vor 1071 Jahren [an. 488 p. C.], die Rabbaniten haben da zwei Synagogen.“ — *R. Samueli* haud magnam fidem esse habendam ex eo discimus, quod de ‘Ezrae codice *αὐτογράφῳ* fabulatur (v. *Wolf*. Bibl. H. III. p. 1090. IV p. 78).

De omnibus qui praeter hos exstant codicibus antiquis disserere cum longum sit, de quattuor tantum librorum Hebraicorum collectionibus celeberrimis ita dicemus, ut qui sint codices praestantissimi exponamus.

V) *Codices Kennicottiani.* Kennicotto suorum omnium est antiquissimus

cod. 590 (Proph. et Hagiogr.) seu Vindobonensis (diss. gen. p. 106 ed. Ox. 1780, p. 514 ed. Bruns.), quem saeculo decimo exaratum esse censet. *Brunsius* (ad diss. gen. p. 515) et *de-Rossi* (Proll. part. II, p. XC) subscriptione (שנת שאל) an. 1018. vel 1019. scriptum esse hunc codicem demonstrari putant. *A. Krafft* (Die handschriftl. hebr. Werke der K. K. Hofbibliothek zu Wien, Vindob. 1847, p. 9—11) hanc subscriptionem multos annos post codicem confectum additam esse dicit eandemque huic libro quam Kennicottus aetatem tribuit.

Paucis quidem sed bene de eo disputavit *Brunsius* (praef. ad diss. gen. Kenn. p. VIII): „locus mihi superest dubitandi de huius codicis auctoritate, dum animadverto in 200 lectionibus illinc desumptis quas laudat Kennicott reperiri vitia crassissima.“ p. IX dat brevem mendorum enumerationem. Persimilem esse huic libro codicem Sloane 4708 (= Kenn. 126) dicit *M. Heidenheim* (Deutsche Vierteljahrsschr. I. 262).

cod. 536, Malatestianus (Caesenae, bibl. plut. XXIX, cod. 2), Pentat. Hapht. Meg. Est saeculi XI. exeuntis, v. *de-Rossi* proll. p. LXXXVII.

cod. 162, Mediceus (Flor., Bibl. Laur., plut. I, par. II cod. 45), Jos. Jud. Sam., init. saec. XII, *de-Rossi* l. l. p. LXVIII.

De hoc codice *Kenn.* (diss. p. 85 ed. Ox., p. 406 ed. Bruns.): „et plures fuissent diversitates, si recentior manus non quaedam verba mutasset.“

cod. 154, Reuchlinianus (Carlsruhae), scr. an. 1106, continet

Proph. prior. et post.; de eo conferantur *Kennicottus* (diss. § 50 p. 94 et p. 400. 401) et *Bruns.* (ad Kenn. diss. gen. p. 401).

Quoad aetatem his proximi sunt codices 193. 201. 210. 224. 366, alii (v. *de-Rossi* Proll. § XVI p. XVII).

Codices igitur quos perantiquis iure adnumerare possis sunt nulli, si unum 126. exceperis (nunc Sloane 4708, v. supra p. 47) de quo Kennicottus nihil nisi: „assignandus videtur initio saec. XV." — Persaepe male *Kennicottus* de codicum aetate iudicavit, ita ut eum solum ducem sequens non adhibitis prolegomenis *de-Rossii* multis erroribus obnoxius sis. Hoc commemorandum esse nobis videtur, ne quis codices Kenn. 1., 39., 527., alios nostra neglegentia hîc omissos putet; v. quae de his libris dixit *de-Rossi* Proll. part. II in catalogo codicum Kennicottianorum.[115])

VI) *Codices bibliothecae de-Rossianae.* Codicum quos habuit de-Rossi[116]) antiquissimi sunt hi:

cod. 634: „ex meis codicibus VIII. [saeculi] ut conicio est 634," *de-Rossi*, Proll. p. XVII, cf. Proll. part. II p. CXVI: „a Lev. 21, 19 ad Num. 1, 50. — erutum ex gheniza Luci et vetustate corrosum, quod sapit remotissimam aetatem ... Puncta desunt, sed in nonnullis pag. recentius apposita .... nullum Masorae aut Masorethicarum emendationum vestigium." — Quae fides habenda sit eiusmodi de librorum manu scriptorum aetate coniecturis ex eo apparet quod de-Rossi ipse de eodem codice paucis annis post dicit (in: MSS. Codices Hebraici Bibliothec. *J. B. de-Rossi*, vol. II, p. 114, Parmae 1803): „non tam vetustate quam ipsius loci humiditate corrosum" et (p. 115.) „servabatur in cod. 503. ex fragmentis variae aetatis consarcinato, quibus, collatione facta, nostrum hoc videtur antiquius, et ad IX. forte vel X. saec. vel saltem ad remotiorem aetatem referendum."

cod. 503, Pentateuchus quem de-Rossi saec. IX. vel X. esse putat (Proll. p. XVII. et CXII) cf. MSS. Codices vol. II p. 63: „mutilus ac detritus codex qui incipit Gen. 42, 14 ac desinit Deut. 15, 12, ex plagulis variae aetatis consarcinatus, quarum

115) De cod. 1. (Laud. A 172 et 162) v. etiam *Bruns.* (ad *Kennicotti* diss. gen. p. 339. 340). Nihil novi dixit *Uri* (Bibl. Bodl. Cat. I p. 1. 2, Nd II. III; de cod. 39 (Bodl. 2271, 627) v. *Uri* l. l. p. 12, No LIX, *Bruns.* l. l. p. 354. 355.

116) nunc sunt Parmae in bibliotheca publica (antea ducali), v. *Jul. Fürstium* in Bibliotheca Judaica, tom. III, p. XXXIII. XXXIV, Lips. 1863, 8vo.

antiquiores sunt forte X. vel XI. saeculi vel saltem maximae antiquitatis." — Nihil igitur pro certo scimus de horum codicum aetate, quos de-Rossi ut bibliothecae suae vetustissimos permagni aestimat; nec magis sibi constat vir doctissimus in iudicio de duobus aliis codicibus, sc. 262. et 274.

cod. 262, Pent. Hapht. Meg., saec. XI. esse ait Proll. p. XVII, cf. p. CIV., saeculo XII. autem attribuit hunc librum in: MSS. Codices, vol. I. p. 152.

cod. 274, saeculo XI. scriptus secundum *de-Rossi* Proll. p. XVII cf. p. CV., sed in: MSS. Codices vol. I. p. 156 haec legimus: „Codex vetustate detritissimus qui desinit Deut. 32, 51 et ex variae aetatis plagulis contextus, quarum antiquiores meo quidem iudicio sunt XI. vel XII. saeculi." In Masora huius codicis „discrepantiae afferuntur inter Nehardaeos et Sorianos de sectionibus apertis ac clausis." (l. l. p. 157; ad rem cf. § 5, 4 B, p. 40. 41).

VII) *Codices qui Odessae servantur.* Codices multo vetustiores sunt in bibliotheca societatis literariae quae Odessae rerum praeteritarum cognitioni operam dat. De his libris egit *Ephraim Moses Pinner* in: „Prospectus der der Odessaer Gesellschaft für Geschichte und Alterthümer gehörenden ältesten hebräischen und rabbinischen Manuscripte, ein Beitrag zur biblischen Exegese. Odessa 1845, 4to." Quod opusculum cum sit rarissimum ideoque non nisi paucis notum, de praestantissimis certe Bibliorum Hebraicorum codicibus qui in eo commemorantur nonnulla dicere visum est.

a) Volumen Legis integrum, factum e corio cervino,[117]) allatum ex oppido Derbend (Daghestan). In subscriptione leguntur haec: אני יהודה בן משה הנקדן מזרחי בן יהודה הגבור איש נפתלי ... בשנת חמישית למלכות האדון כוזרודי הפרסי, אלף ושלוש מאות לגלותנו הגהתי זה ספר התורה. (Haec subscriptio primum edita est an. 1841 in: *Zion*, Ephemerides Hebraicae, ed. *Creizenach* et *Jost*, Francof. ad M., I p. 135. 136.) Decem tribus Israelitarum cum anno 720 a. Chr. n. in exsilium abductae sint, hunc codicem anno 580 p. Chr. emendatum ideoque iam ante hoc tempus scriptum esse concludere possumus; sed adhuc dubitant viri docti, num fides his subscriptionis verbis habenda sit. (De hoc libro v. *Pinner.* l. l. p. 5—7, qui nonnullas lectiones varias laudat.)

117) Hoc saepe pro membrana usi sunt Judaei in scribendis libris Synagogicis. Nonnulli tales codices, olim Firkowitschiani, nunc Petropoli servantur in Bibliotheca Imperiali.

b) Praeter hunc codicem Odessae sunt XIV ספרי תורה (*Pinner*. p. 7–14), quorum unus (No 2) Pentateuchum integrum in membrana descriptum continet, ceteri non nisi fragmenta legis Mosaicae. Codex 5 (Num. 13, 19—Deut. fin.) scriptus est anno 843., codex 6 anno 1360. — Codex 11 (Deut. 31, 1—Deut. fin.) anno 881., codex 3 an. 1289., codex 8 an. 1351. Synagogis Taurensibus dono dati sunt. De aetate codicum reliquorum nihil pro certo dici potest.

c) Prophetae posteriores, scr. an. 916 (*Pinner*. p. 18—28). Hic liber eam maxime ob causam qui commemoretur dignus est, quod puncta vocalia et accentus alii sunt atque in nostris codicibus. Eandem punctationem quae a Babylonia nomen accepit habent etiam codices 15. (Deut. fragm., *Pinner*. p. 40—44), 16. (Hapht. fragm., *Pinner*. p. 44—47), 18. (Nah. 2, 5—Zach. fin., cum vers. Pers., *Pinner*. p. 48—49). — De נקוד בבלי scripserunt: *S. D. Luzzato* in Halichoth Kedem (ed. *G. J. Pollack*, Amstel. 1846, p. 23 sqq.; *H. Ewald*, Jahrbb. der bibl. Wissensch. tom. I. p. 160—172; Gotting. 1849; *Roediger*, Hall. Allgem. Lit.-Zeitung 1848, mens. Aug., No 169; *Abr. Geiger*, Urschrift p. 484—490, Vratislav. 1857; *Jul. Fürst*, Geschichte des Karäerthums, tom. I p. 19 sqq., 134 sqq., Lips. 1862, 8vo; idem in: Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft XVIII p. 314—323, Lps. 1864; *Kalisch*, Hebrew Grammar, tom. II p. 63 sqq., Lond. 1863; *Olshausen*, Monatsbericht der Berl. Akad., Juli 1865; omnium vero uberrime *Simcha Pinsker* in libro Hebraice scripto: Einleitung in das Babylonisch-Hebräische Punktationssystem, Vindob. 1863, 8vo (etiam sub titulo מבוא אל הנקוד האשורי או הבבלי). — Codicem hunc (anni 916.) Karaeis originem debere et hanc quoque ob causam magni esse aestimandum putant *Pinner* (p. 28; p. 17 coll. p. 91. et 92), *Ewald* (l. l. p. 161), *Geiger* (l. l. p. 168); neque vero rem ita se habere probant. Accedit quod codicum Biblicorum auctoritas eo quod a Karaeo scripti sunt neque augetur neque diminuitur, v. quae hac de re scripserunt *Pinsker* (Einl. p. VII, adn. 9, et p. 5 fin., 6a init.), *Jac. Sapphir* (אבן ספיר fol. 20a): ידענו שאין להקראים ספרים מיוחדים לעצמם בחילופי נוסחאות מהרבנים ואף אין לכולם נוסח אחד ואין שום הפרש בספרים רבני או קראי, וכמו שנמצאו אצל הרבנים ספרים מחלוקים בחסר ויתר וניקוד וטעם ככה הוא אצל הקראים, גם רוב ספריהם מהרבנים; *Mardochai* Karaeus (in Notitia Karaeorum, cap. XII, ed. *J. C. Wolfius*, Hamb.

1714, 4to, p. 156.); *S. Baer*, Zwei alte Thora-Rollen aus Arabien und Palästina . ., Francof. ad M. 1870, p. 6 adn.; *Leopold Löw*, Beiträge zur jüd. Alterthumskunde I, 1 (Lips. 1870), p. 123.

d) Biblia integra, in Aegypto exarata anno 1010 p. Chr. n. (1008?, v. *H. Graetz*, Monatsschrift für Gesch. u. Wiss. des Judth. 1871, p. 8), a codice Ascheriano (v. supra p. 44 sqq.) descripta videntur esse, cf. subscriptionem (*Pinner*, Prosp. p. 86): שמואל בן יעקב כתב ונקד ומסר את המחזור הזה של מק' מן הספרים המוגהים המבואר' אשר עשה המלמד אהרן בן משה בן אשר נוחו בגן עדן והוא מוגה באר היטב. Plura de hoc codice v. apud *Pinner*. l. l. p. 81—92.

e) ספרי ת'נ'ך', Codices Biblici sedecim (No 1. 2. 4.—14. 17. 19. 20., de iis cf. *Pinner*. p. 15 sqq.), quorum nullus totum Vetus Testamentum continet. Omnium antiquissimus est cod. 13. (partes libri Sam. et liber Regum) quem Nehemia ben Se'id emit anno 938 (698 לפ'ק'). Hunc librum non solum ob lectiones varias sed etiam ob Masoram valde dignum esse qui accurate conferatur dicit *Pinner* (p. 39—40). Eodem fere tempore scriptum esse existimat (p. 35. 36.) codicem 9. (Deut. 31, 23—Deut. fin.). Reliqui libri omnes exiguae tantum vetustatis sunt.

VIII) *Codices bibliothecae Firkowitschianae.* Abraham Firkowitsch, Karaeus, quarto saeculi nostri decennio in itineribus suis multos codices pervetustos collegit,[118]) qui ante hos paucos annos a Russorum imperatore in usum bibliothecae Petropolitanae empti sed, quantum nobis quidem notum est, nondum accurate descripti et collati sunt. Nonnulla de praestantissimis horum librorum scripserunt *Ed. von Muralt* (in: *Heidenheim*, Deutsche Vierteljahrsschrift, II p. 186 sqq. [Goth. 1865], III p. 349—351 [Turici 1867]), et *Adolf Neubauer* (Aus der Petersburger Bibliothek, Beiträge zur Geschichte des Karäerthums, Lps. 1866, p. 30 sqq. 131 sqq., quos duces sequimur ne hanc praeclaram codicum collectionem silentio hic praeterire cogamur.

Volumina Synagogarum in usum scripta sunt 47.

1) Cod. 6., an. 489;[119]) Num. 23, 4—Deut. fin., membran., (*Muralt*, l. l. II, 187, adnot. 1).

---

118) *Jul. Fürst*, Biblioth. Judaica III p. LX. LXI, Lps. 1863; Protestantische Kirchenzeitung 1863, p. 195.

119) Plerumque in horum librorum subscriptionibus non quo anno codex scriptus sed quo venditus vel Synagogae dono datus sit dicitur. — Sub-

2) Cod. 8., an. 639; Ex. 28, 1—Deut. 18, 22. 28, 1—Deut. fin., membran. (Mur. II, 187, adn. 2).

3) Cod. 9., an. 764; Gen. 27, 28—Ex. 40, 10. Deut. 16, 21—Deut. fin., membr. (Mur. II, 187, adn. 3., cf. III, 350: „Ex. 13, 13. 34, 20 וערכתו statt וערפתו; jenes geben die LXX *λυτρωση* an beiden Stellen; dieses an der ersten Stelle Aquila *τενοντωσεις*, Symmachus mit *ἀποκτεινεις*, Theodotion *νωτοκοπησεις*“).

4) Cod. 13., an. 781 (Mur. II, 187, adn. 4).

5) Cod. 14., an. 789; membran., non totus exstat (Mur. II, 187, adnot. 5. III, 350).

6) Cod. 15., an. 798.

7) Cod. 2., an. 805; in corio scriptus; Gen. 1, 1—28, 13. Ex. 28, 3—Lev. 8, 29. 14, 27—20, 25. Num. 1, 44—4, 9. 26, 25—31, 15. (Mur. II, 187. III, 349).

8) Cod. 3., an. 843; coriaceus, Ex. 10, 19—26, 35. Num. 7, 36—13, 6. 16, 24—19, 14. Dt. 32, 32—Dt. fin. (Mur. II, 188 not. 8., III, 349).

9) Cod. 25., an. 909; fragm.

10) Cod. 19., an. 920; membran. (Mur. II, 188 adnot. 10).

11) Cod. 7., an. 939; Lev. 16, 14—Deut. fin., membran. (Mur. II, 188, not. 11. III, 349).

12) Cod. 10., an. 940 (v. *Neubauer* l. l.; non an. 789, ut dicit *Muralt* II, 187), membran.

Praeter hos libros Muralt commemorat tria Pentateuchi volumina in corio cervino descripta quae procul dubio vetustatem habent non minorem antiquioribus codicum modo laudatorum:

13) Cod. 1., Gen. 11, 12—32, 3. Ex. 36, 23—Lev. 21, 21. Num. 22, 20—Dt. 9, 9. — Gen. 13, 13 גמד pro גמר (Mur. III, 349).

14) Cod. 4., Gen. 46, 1—Ex. 10, 7. 13, 5—19, 20. 26, 27—39, 28. Lev. 6, 31—Num. 7, 41. 9, 8—17, 12. (Mur. III, 349).

15) Cod. 5., Lev. 5, 11—Num. 5, 27. (Mur. III, 349).

In omnibus voluminibus Synagogicis *Muralt* se tres tantum lectiones varias repperisse ait (l. l. II, 188, adnot. 15), sc. has: Gen. 23, 13 אֶחָד (Samar., Syr.) in 42 codicibus pro אַחַר; Ex. 13, 13 et 34, 20 ויערכתו pro וערפתו in cod. 9.; quartam laudavit III, 349: Gen. 13, 13 גמד pro גמר in cod. 1.

---

scriptiones voluminum 6. 8. 9. 13. 14. 15. 2. 3. 7. 10. prelo subiciendas curavit *Adolf Neubauer* l. l., p. 131. 132. 133. 135., cf. p. 30–33; subscriptio codicis 12. (scr. an. 4669[909] v. p. 32) exstat p. 134; volumina 25. et 19. *Neub.* non commemoravit.

Praeterea fuerunt in bibliotheca Firkowitschiana 77 codices Biblici; sed perpauca tantum de iis dicit Muralt quae commemoratione digna sint.

16) Cod. 72., Hagiographa, anno [4]689 (= 929 p. Chr.) v. Mur. III, 350.

17—20) Cod. 81. „ist wie 133. 134. 140. mit der ältesten Punktation versehen“ (Mur. III, 350).

21) Cod. 86. „mit später zugefügter Punktation des ben-Ascher und ben-Naphthali“ (Mur. III, 350).

22—23) Cod. 89. „hat die Punktation des R. Moses ben-Mocha um 850, ebenso № 100.“ (Mur. III, 351).

24—26) Cod. 110. 111. 115. „mit der Punktation der talmudischen Missionäre um 957“ (Mur. III, 351). — Ad rem cf. *Pinner*, Prospectus p. 64.

Subscriptiones tredecim codicum Biblicorum collegit *Neubauer* (l. l. p. 134—136):

p. 134.	cod.	51.	Prophet. ult.	an. 866.	
		55.	Pentat.	888.	(1200 Seleuc.)
		59.	Proph. ult.	921.	(1233 Sel.)
		77.	Levit.	923.	(1235 Sel.)
p. 135.	cod.	72.	Thillim. Job	929.	(1241 Sel.)
		89.	Proph. prior.	933.	
		81.	Chronic.	957.	(888 templ. dir.)
		86.	Pentat. fin.	959.	
		78.	Pentat.	969.	(1281 Sel.)
p. 136.	cod.	52.	Proph. ult.	1002.	(4762 mund.)
		92.	Bibl.	992.	(4752 mund.)
		110.	Pentat.	1038.	
		88.	Bibl.	1188.	(1500 Seleuc.)

In his codicibus qui in usum privatum scripti sunt multo plures lectiones variae quam in voluminibus Synagogicis reperiuntur. Nonnullas collegit *Muralt* (II, 188 sqq. III, 350 sq.), pauciores autem sunt quam ex quibus iudicium de librorum horum auctoritate ferri queat. Speramus brevi fore ut omnes codices Biblici a Firkowitschio collecti accurate diligenterque describantur et conferantur.

§. 8. Codices Hebraeo-Samaritani.

Textum Pentateuchi Hebraeo-Samaritani ediderunt *B. Kennicottus* (Vet. Test.), qui lectiones varias codicum quindecim collegit,[120]) et *Benj. Blayney* (Oxon. 1790); novam editionem ad librorum manu scriptorum fidem emendatam pollicitus est *M. Heidenheimius*. — De codicibus praeter *Kenn.*, *Uri*, *Assem.* legantur *de-Rossi* (Proll. Part. II, § VIII, p. CLV—CLVI) et *de-Wette* (Einleit., ed. VIII, § 139). — De origine, indole, auctoritate Pentateuchi Hebr.-Sam. multa collegerunt *J. C. Wolfius* (Bibl. Hebr. t. II p. 427—431. Non solum titulos multorum librorum qui hac de re agunt laudat, sed etiam breviter exponit quibus rationibus motus sit ut nihil Samaritanorum codicibus Hebraicis tribueret); *Guil. Gesenius* (de Pent. Sam. orig., indol. et auctorit. commentatio, Halae 1815, 4to); *Eichhorn* (Einleitung, tom. II, cap. III, VIII § 378—§ 389, p. 584—649, ed. IV., Gotting. 1823, 4to). — Quod ad auctoritatem codicibus Hebraeo-Samaritanis tribuendam attinet, valde diversa sunt virorum doctorum iudicia.

A) *De-Rossi* (Proll. part. I § XXV, p. XXVII—XXVIII de integritate; § XXVI p. XXVIII—XXIX de auctoritate) scribit in Prolegomenis, § XXVI, p. XXVIII: „Ego Hebraeum codicem et Samariticum tamquam bina diversa uniuseiusdemque autographi exemplaria considero, unum antiquum, Israeliticum, antebabylonicum, antiesdrinum, inemendatum, quod est Samaritanum; alterum Judaicum, Palaestinum, Esdrinum, reformatum, quod est Hebraeum." Nihilominus concedit p. XXIX: „In gravioribus tamen discrepantiis et additamentis caute procedendum est. Nam earum plures totidem videntur interpolationes ac glossae ad historiae expositionem ac conciliationem a Samaritanis scribis libere invectae." — *Kennicottus* codicem Hebr.-Sam. tanti aestimat, ut locum quoque Dt. 27, 4 [de monte Garizim (Ebal)] a Samaritanis non esse mutatum contendat. Quid de Pt. Sam. censeat, dicit in Diss. I. et II. (laudavimus supra adn. 15.), in Diss. gen. p. 27. 29. 47. 137. 138. 285—293 (ed. *Bruns*). — In eadem fere opinione sunt *Capellus*, *Morinus*, *Houbigantius*.

B) *O. G. Tychsen*, qui Pentateuchum literis Samariticis confectum nihil ad Veteris Testamenti Hebraici textum emendandum valere censet (Tentamen, p. 111—122[121]), id agit ut probet (Tent. p. 113—118) codicem Hebr.-Sam. „graecissare" i. e. „textum eius ad graecum textum accommodatum fuisse."

C) Optime iudicare mihi videntur ii qui textum Biblicum longe plurimis locis lectionem antiquiorem servare, Pentateuchum Hebr.-Sam. autem saepe sive consulto sive librariorum neglegentia mutatum esse aiunt. Omnium instar unum laudo, *Joh. Bleekium* (Einleitung in das Alte Testament, § 336, p. 755, ed. II, Berol. 1865): „Bei weitem in den meisten Fällen lässt sich nicht zweifeln, dass die Lesarten der jüdischen Recension die ursprünglichen sind und die der samaritanischen daraus erst hervorgegangen."

§. 9. Epilogus.

Sed de codicibus satis multa scripsisse nobis videmur. Restat ut quanam ratione ex adiumentis criticis a nobis commemoratis Veteris Testamenti textui usus afferri possit paucis dicamus.

1. Codex Ascherianus (v. Lib. I. § 7, p. 44—46) quam accuratissime typis exscribendus est. Cum vero brevi hoc factum iri sperari nequeat, nunc lectiones ben-Ascheri omnes quarum in codicibus Biblicis, in commentariis, in grammaticis, in lexicis, in Masoris mentio fit, diligenter colligendae sunt. Recensionem enim Ascherianam Judaei Occidentales fere omnes secuti sunt.

2. Temporibus remotioribus quid lectum fuerit ut cognoscamus, non solum codices ante ben-Ascher scripti qui nondum de-

---

120) Septem in Britannia servantur: cod. 61—66 (Bodl., *Kenn.* diss. gen. p. 359—363; *Uri* Biblioth. Bodl. Catal. P. I, fasc. 2, p. 26. 27), cod. 127 (Cotton., *Kenn.* p. 387—388); quinque Parisiis: cod. 333. 334 (p. 468). 363. 364 (p. 475. 476). 221 (p. 477, post cod. 368) (nunc v. Catal. des mss. hébr. et sam. [v. supra p. 31] p. 235. 236); Mediolani unus: cod. 197 (Ambros., *Kenn.* p. 420. 421); unus Lugd. Batav.: cod. 183 (p. 415. 416); Romae duo: cod. 503 (*Kenn.* p. 498. 499, plura v. in Bibliothecae Vaticanae Catalogo, Rom. 1756 fol., I, 1, p. 456—464 quo loco *Assemanus* de codd. Hebraeo-Samaritanis sibi notis disputat) et 504 (*Kenn.* p. 499, *Assem.* l. l. p. 464—479).

121) cf. eiusdem: disputationem histor.-philol.-criticam de Pentateucho Hebraeo-Samaritano descripto ab Hebraeo eoque masorethico exemplari, Bützov. 1765, 4to.

perierunt[122]) adhibendi sunt, verum etiam quas lectiones a) ben-Naphtali (v. Lib. I. § 3, p. 24—29), b) Orientales (Lib. I. § 5, p. 36—41), c) Rabbini ante ben-Ascher viventes, d) codices antiqui a Rabbinis hic illic laudati secuti fuerint, quaerendum est.

122) haud ita multi sunt, et longe maxima eorum pars punctis vocalibus accentibusque caret.

Liber alter.

De textu Bibliorum Hebraicorum, qualis Talmudistarum temporibus fuerit.

Πάντα τὰ ζητούμενα δεῖσθαι μερίμνης φασὶν οἱ σοφώτεροι.
Menander.

§. 10. Prooemium.

Permagna est locorum Biblicorum qui in Talmude laudantur multitudo, id quod facile intelleges si quamcumque volueris Talmudis paginam evolveris. Non mediocrem certe diligentiam adhibuit auctor libri תולדת אהרן[123]) ad colligendos hos locos, sed tantum abfuit ut omnes enumeraret ut multos de quibus fusius et accuratius in Talmude disseritur omitteret. Sed haec quae collegit facile nos adducunt — tantus enim est locorum numerus — ut volumina Talmudica magnum usum ad emendandum textum Veteris Testamenti afferre posse existimemus. Neque vero hoc ita se habet, cum saepe quidem Talmudistarum *interpretationes* a lectione hodierna dissentiant, paucis autem tantum locis aliter scriptum fuisse in eorum codicibus cogites necesse sit. Verum cum nunc quoque multi sint qui e Talmude, quem numquam legisse mihi videntur, cum iisdem semper quibus Buxtorfii[124]) locis utantur, multas lectiones varias colligi posse dictitent, sive ut Scripturae S. auctoritati et integritati detrahant sive quia librorum aliorum omnium ante tot saecula scriptorum exemplis omnibus multa

123) Venet. 351 (1591), librorum Biblicorum ordinem secutus est. — In libro בית אהרן qui prodiit anno 450 (1690), Francof. ad Viadr. fol., additi sunt versus qui in Midraschim et Zohar explicantur.

124) *Joh. Buxtorfii* Tiberias s. commentarius Masorethicus, ed. 3., Basil. 1665, 4to; *Joh. Buxtorfii* (filii) Tractatus de punctorum vocalium et accentuum in libris V^s T^i origine, antiquitate et authoritate, Bas. 1648, 4to.

menda et lectionum varietates inesse sciunt[125]), pluribus demonstrandum esse nobis videtur e Talmude[126]) pauca tantum afferri posse quae ad textum sacrum emendandum utilia sint.

§. 11. Quibus occasionibus et quibus modis Talmudistae Scripturam Sacram laudare soleant.

Si de usu quem scripta Talmudica iis qui Vis Ti textui emendando operam dant praebere possint recte iudicare volumus, ante omnia quibus occasionibus et quibus modis illorum temporum Rabbini verbum Dei scriptum adduxerint quaeritur. Ubi enim de his rebus quae statuenda sint cognoverimus, e plurimis locorum aliter in Talmude ac nunc in nostris Vis Ti codicibus lectorum non esse emendandum Bibliorum textum intellegemus.

Ac primum quidem semper memineris, *Rabbinos veteres in colloquiis et disputationibus saepissime nullo libro manu scripto usos fuisse sed e memoria tantum verba Biblica laudasse;*[127]) id quod nunc exemplis nonnullis quorum numerus facile augeri potest demonstrabimus.

In Mischna, tr. *Pea* II, § 2 (quo loco de מפסיקין agitur) haec leguntur: אמת המים שאינה יכולה להקצר כאחת, ר׳ יהודה אומר מפסקת, וְכָל־הֶהָרִים אֲשֶׁר בַּמַּעְדֵּר יֵעָדֵרוּן אַף עַל פִּי שֶׁאֵין הַבָּקָר יָכוֹל לַעֲבוֹר בְּכֵלָיו הוּא נוֹתֵן פֵּאָה לְכֹל. i. e. campo fossā latā diviso duo anguli requiruntur secundum opinionem R. Jehudae; sed „omnes montes qui rastro finduntur,“ etiamsi boves arantes transscendere

125) De causis mendorum in codicibus primus bene scripsit *Henricus Stephanus:* de Origine errorum in codicibus antiquorum scriptorum manu scriptis, Paris. 1557, e quo libro nonnulla attulit *Kennicott,* diss. gen. § 6, p. 5. 6; praeterea cf. *Joh. Clerici* Artem Criticam (Tom. II, part. III cap. I tot.; § 10 [p. 7] haec ait: „Cum Hebraeorum librarii aut scribae homines essent quemadmodum Graecorum et Latinorum, menda similia admittebant“).

126) Midraschim quoque saepe a nobis laudati sunt. Midrasch Bereschith Rabba saeculo sexto confectum esse ait *L. Zunz* (die gottesdienstl. Vorträge der Juden, p. 176, Berol. 1832).

127) Plura hac de re dixit *Surenhusius, βίβλος καταλλαγῆς,* Amst. 1713, Lib. I, Thes. 36, p. 21. — Nos quoque scriptorum Biblicorum et profanorum dicta sive in colloquiis sive publice loquentes memoria tantum usi afferre solemus, unde fit ut saepe auctorum verba paullum commutentur, v. *Georg Büchmann,* Geflügelte Worte.

nequeant, unum tantum angulum habent. Cuivis apparet אשר במעדר יעדרון et אע״פי כו׳ non inter se consentire sed scribendum fuisse aut וכל ההרים אשר במעדר יעדרון הוא נותן פאה לכל aut וכל ההרים אע״פי שאין הבקר יכול לעבור בכליו הוא נותן כו׳. Doctori Mischnico autem, qui montibus etiamsi boves arantes transscendere nequirent i. e. arduis quoque montibus unum tantum angulum esse dicere volebat, cum tales montes rastro findi sciret, in mentem venit Jesaiae illud (cap. 7, v. 25) וכל־ההרים אשר במעדר יעדרון, et ita factum est ut haec verba (quae in hoc praecepto Mischnico non sunt nisi epitheti ornantis loco) adderentur.

In tr. *Berachoth* fol. 17a fin.: כי הוו מפטרי רבנן מבי ר׳ אמי ואמרי לה מבי ר׳ חנינא, אמרי ליה הכי: עולמך תראה בחייך ואחריתך לחיי העולם הבא ותקותך לדור דורים. לבך יהגה תבונה פיך ידבר חכמות. Cum his verbis cf. Psalm. 49, v. 4: פי ידבר חכמות והגות לבי תבונות. Pro persona prima in Talmude legitur secunda ut periodus ultima cum praecedentibus cohaereat; praeterea vocum ordo mutatus est cum Rabbinus qui haec scripsit versum Biblicum non satis accurate memoria teneret, id quod ex eo quoque colligi potest quod pro Psalmi תבונות Talmud habet תבונה; יהגה autem consulto Rabbinus videtur dixisse ut הָגוּת quod est *ἅπαξ εἰρημένον* in Bibliis evitaret.

Berachoth fol. 40a p. med.: רבן שמעון בן גמליאל אומר קצח אחד מששים סמני המות הוא, והישן למזרח גרנו דמו בראשו, i. e. nigella est in sexaginta causis mortis; qui igitur dormit in parte orientali horrei sui (cum Favonius odorem orientem versus, in eum locum quo cubat, pellit), ipse causa mortis suae est. *Causa* Talmudicis est טַעַם, סִבָּא, עִלָּא. R. Simeoni autem in mentem venit phrasis Biblica (quae occurrit Jos. 2, 19. Ezech. 33, 4) itaque ea usus est.

Rosch ha-schana 17a p. m. cf. Ezech. 32, 24.

M. Steinschneider (Jüdische Literatur p. 375, in: *Ersch und Gruber,* Allgem. Encycl. Sect. II vol. 27) haec dicit: „Der Einfluss der Bibel auf die Gnomik insbesondere zeigt sich in folgenden Abstufungen: 1) Biblische Ausdrücke wurden, an Sinn und Ausdruck unverändert, als Sentenzen oder Wahlsprüche einzelner Personen (z. B. *Aboth* 4, 19) gebraucht (adn. 45: *Dukes,* Rabbinische Blumenlese p. 44 [Lps., Hahn, 1844]) .... 2) Das unveränderte Bibelwort wurde durch Verallgemeinerung oder Specificirung des Inhalts zu einem neuen Ausdrucke verschiedener Wahr-

heiten gemacht, die mitunter sich schon sonst in bekannten Sprüchwörtern ausgeprägt hatten, so dass gewissermassen das Sprüchwort aus der Bibel deducirt ward, wobei der Midrasch wieder den weitesten Spielraum fand, und endlich das Bibelwort selber zur Sentenz mit ganz verändertem Sinne erhoben wurde (adn. 49: *Dukes*, Zur Kenntniss der neuhebräischen religiösen Poesie p. 114 fg. [Francof. ad M. 1842], Blumenl. S. 7. 44. vgl. S. 10) .... 3) Endlich wurden auch biblische Phrasen und Bilder mit grösserer oder geringerer Absichtlichkeit in neugeschaffenen Sentenzen u. s. w. verwendet (adn. 51: *Dukes*, S. 17) und gingen in sprüchwörtliche Redensarten über, wie sie auch schon in der alten Halacha (z. B. *Pea* 2, 2) als solche erscheinen." — Multa exempla collegit *Weisse* in: Bechinath ha-ʿolam, Betrachtungen über das Weltleben v. *Jedaiah Penini Bedarschi*, hrsg. v. *Stern*, Vindob. 1847, praef. p. XIX adn.

Rabbini veteres cum omnes multos per annos Scripturae Sacrae operam dederint, mirum non est, quod etiam in colloquiis plerumque textum Biblicum ne una quidem mutata litera afferunt. — Tria tamen,[128]) ne falso cogites textum hodie exstantem corruptum esse, bene tenenda sunt, scilicet I) Talmudistas non raro per errorem versum Biblicum alii contextui tribuere; II) in Talmude nonnumquam periodos integras ut Biblicas laudari, quae nullibi in V^e^ T^o^ leguntur; III) brevitatis causa dicta Biblica hîc illîc mutari. Haec quoque exemplis nonnullis et illustrentur et comprobentur.

I) In tr. *Pesachim* 109a in Talmude edito legitur חייב אדם לשמח בניו ובני ביתו ברגל. שנ׳ וְשָׂמַחְתָּ בְּחַגֶּךָ; hae voces exstant Deut. 16, 14 ubi de festo tabernaculorum agitur. *Tosaphoth* autem ad hunc locum Talm. haec adnotant: שנ׳ וְשָׂמַחְתָּ אַתָּה וּבֵיתֶךָ, תימא דהאי קרא גבי מעשר שני כתיב בפרשת רְאֵה, ולא מייתי קרא דכתיב בפ׳ ראה גבי רגל וְשָׂמַחְתָּ אַתָּה וּבִנְךָ וּבִתֶּךָ וי״ל דיליף ממעשר דכתיב ביתו בהדיא. In codicibus igitur Talmudicis scribebatur ושמחת אתה וביתך, quae leguntur Deut. 14, 26 ubi de decima altera agitur, Rabbini autem qui verba supra e Talmude allata scripserunt, hoc praeceptum legi in sectione de festo tabernaculorum putabant. Editores Talmudis errorem cum animadvertissent

128) Praeterea cf. *Surenhus.* l. l. Lib. II thes. 4, p. 42.

pro ושמחת אתה וביתך prelo subicienda curarunt verba ושמחת בחגך.

II) *Berachoth* 61a fin.: אמר רב נחמן: מנוח עם הארץ היה דכתיב וַיֵּלֶךְ מָנוֹחַ אַחֲרֵי אִשְׁתּוֹ (Jud. 13, 11). מתקיף לה רב נחמן בר יצחק אלא מעתה גבי אלקנה דכתיב וַיֵּלֶךְ אֶלְקָנָה אַחֲרֵי אִשְׁתּוֹ (?) וגבי אלישע דכתיב וַיָּקָם וַיֵּלֶךְ אַחֲרֶיהָ (II Reg. 4, 30). הכי נמי אחריה ממש, אלא אחרי דבריה ועצתה, הכא נמי אחרי דבריה ואחרי עצתה. *Tosaphoth* h. l. s. v. אלא habent haec: [129]) שבוש הוא שאין פסוק זה בכל המקרא.

In tr. *Berachoth* 55b fin. בשם ר׳ בנאה haec narrantur: פעם אחד חלמתי חלום והלכתי אצל כולם, ומה שפתר לי זה לא פתר לי זה, וכולם נתקיימו בי לקיים מה שנ׳ כל החלומות הולכים אחר הפה. Sequitur in Talmude haec adnotatio: אטו כל החלומות הולכים אחר הפה קרא הוא? אין וכדברי אלעזר דא״ר אלעזר: מניין שכל החלומות הולכים אחר הפה? שנ׳ ויהי כאשר פתר לנו כן היה. R. Bana aut erravit verba כל החלומות הולכים אחר הפה in Bibliis legi putans aut consulto hunc versum composuit ut brevius id quod ex Gen. 41, 13 (ויהי) aliisque locis colligi posset diceret. —

Nonnulla alia exempla in βίβλῳ καταλλαγῆς (Amstel. 1713, 4to) collegit *Guil. Surenhusius*, quae, cum liber sit rarissimus ideoque non nisi paucis notus, hoc loco afferenda esse censemus. Lib. I. thes. 37, p. 23: „In *Pesachin* 56a dicitur, Jacobum paulo ante mortem suam citasse locum Scripturae hoc argumento ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד *benedictum sit nomen* (Domini) *gloriosum regni ipsius in saecula saeculorum.* Quae verba tamen nullibi exstant in sacris Scripturis a Jacobo prolata. In *Joma* 85b et in *Berachoth* 62b traditur Legem dixisse בא להרגך השכם להרגו *si quis voluerit te occidere, fac ut ipsum prius occidas*, quia praestat praevenire quam praeveniri, ubi periculum nullis modis evitari potest; hac sententia alii putant indigitari locum Ex. 22, 1, alii vero I Sam. 24, 11. — Sic etiam in *Baba Kama* 81b dicitur in sacris literis legendum esse מהיות טוב אל תקרי רע *bonum ne*

129) Minus placent ea quae dixit *H. S. Hirschfeld*, halach. Exegese, Berol. 1840, § 136, p. 141, not. 1: „So wird im Talmud für I Sam. 2, 11 וילך אלקנה על ביתו gelesen אחרי אשתו, wohl nur des Deraschs wegen, denn im Talmud ist Grundsatz ביתו זו אשתו. Dass nun על mit אחרי in solcher Bedeutung des Wortes ביתו vertauscht werden musste, ist leicht einzusehen. Es ist also nicht sowohl der Text als der Sinn desselben citirt worden."

dixeris malum, quia verum bonum nihil mali sibi admixtum habet, ad haec verba Doctores Gemarici observant, ea comprehendere aliquod porisma ex Prov. 3, 27. In *Chullin* 29b dicitur Legem Dei pepercisse Israelitarum bonis, ita ut omnia ad parsimoniam comparata sit ratione sacrificiorum; sed haec nullibi in Lege expressis verbis dicta sunt, verum Doctor Raschi notat hac sententia respici ad Levit. cap. 1 et sequentia, ubi de institutione sacrificiorum agitur, habita ratione cuiuslibet facultatum." — Praeterea huc pertinet *Jebamoth* 86b, de quo loco *Abr. Geiger* (Jüdische Zeitschrift für Wissenschaft und Leben, tom. V, 1870, p. 308): „In Jebamoth 86b sagt Chisda, ehedem habe man nur aus den Leviten die Polizeirichter (שוטרים) angestellt nach II Chron. 19, 11, nun aber setze man solche nur aus den Israeliten ein, wie es heisst (שנ׳): ושוטרים הרבים בראשיכם. Ein solcher Ausspruch „„findet — wie *Zipser* (in der posthumen von *Jellinek* herausgegebenen Schrift: Des Flavius Josephus Werk ‚Ueber das hohe Alter des jüdischen Volkes gegen Apion' nach hebräischen Originalquellen erläutert, Wien 1871, S. 157) bemerkt — sich aber in unseren Bibelausgaben nicht vor."" Hr. Z. glaubt aus der Mischna *Kidduschin* IV, 5 (babli 76a, vgl. b), die sich des Ausdrucks שוטרי הרבים bedient, beweisen zu können, dass auch ihr der Ausdruck in dem allegirten Verse vorgeschwebt, dass sie also irgendwo so gelesen habe. Dieser Beweis ist offenbar sehr schwach, vielmehr war dieser natürliche Ausdruck ein damals geläufiger, und gerade dass er so üblich war, mag zu dem Irrthume veranlasst haben, dass er sich in einer Bibelstelle befinde."

His versibus quattuor addemus quos nos quidem huc pertinere censemus. Haud raro e gnomologia *Josuae ben-Sira*, auctoris nomine addito, versus in Talmude afferuntur[130]), quater autem huius libri versus, nullo nomine addito, ut Biblici laudantur, scilicet in tr. *Nidda* 16b a R. Jochanane (לדכתיב), *Berachoth* 48a a Simone ben-Schetach (דכתיב), *'Erubin* 65a a Rab (שנאמר, cf. *Tosaphoth* h. l. et *Joreh De'a* § 79), *Baba Kama* 92b a Baba bar-Mare (, [Jud. 11, 3] שנוי בנביאים, [Gen. 28, 9] דבר זה כתיב בתורה

130) Loci omnes enumerantur a *L. Zunz*, Die Gottesdienstlichen Vorträge der Juden, Berol. 1832 (qui p. 100—105 multa de Siracidae libro collegit) et a *Franz Delitzsch*, Zur Geschichte der Jüdischen Poesie, Lips. 1836, p. 20. adnot. 3, p. 204. 205.

[ben-Sira 13, 20] ומשולש בכתובים). Pontificii his locis utuntur ut Ecclesiasticum librum divinum et partem V^{is} Tⁱ esse probent, sed *Joh. Henr. Hottingerus* (Thesaurus Philologicus, Tigur. 1649, 4to, Lib. II, cap. 2., sect. Ib p. 523—526) librum ben-Sira a Judaeis numquam in Canonem receptum fuisse evincit. Ecclesiasticus adnumeratur libris profanis (ספרים חיצונים), legere eum licet להגיון ולא ליגיעה, quin imo nonnulli hanc gnomologiam legi omnino vetuerunt (*Sanhedrin* c. 11 in Gemara: אף בספר סירא אסור למיקרי). Nostra sententia est haec: librum ben-Sira semper in magno honore habuerunt Judaei veteres: saepe legebant, saepe in colloquiis versus integros laudabant. Cum autem Hebraice scriptus esset et multa dicta sermonem Biblicum redolerent, facile fieri potuit, ut ea quae in Ecclesiastico scripta erant in Bibliis legi putarentur. —

Aliter iudicat *Surenhusius*, l. l. p. 22: „Aliquando sententiae apud auctores profanos exstantes ita allegantur, perinde ac si in libris sacris continerentur, cuius rei ratio haec adfertur a Doctoribus Gemaricis, quod olim moris fuerit paucis verbis exprimere id quod plurimis in sacris continetur, ut brevitati studerent; et hinc illi varia apophthegmata tamquam porismata ex Scripturis sacris interdum excerpserunt, et iisdem modis et formulis quibus sacra allegarunt." Respondemus: 1) Fuerunt quidem brevitatis studiosi Rabbini veteres (v. infra N°. III), Siracidae autem dicta breviora non sunt quam loci Scripturae Sacrae quibuscum comparari possunt, 2) Apud quos „auctores profanos" exstant dicta in *Berachoth* 61a, 55b, *Pesachin* 56a, *Joma* 85b, al., ut Biblica laudata?

III) *'Erubin* 31b (*Berachoth* 27b, *Kidduschin* 54a) agitur de rebus quibus ad Erub faciendum uti liceat. Non licet adhibere ad 'Erub: הקדש שחיללו על גב קרקע דרחמנ׳ אמר וְנָתַן הַכֶּסֶף וְקָם לוֹ. Hae quattuor voces nusquam in Scriptura Sacra coniunctim leguntur. Eadem exstant *Sabbath* 128a, ubi *Tosaphoth* ad vocem ונתן adnotant: אין הפסוק כן אלא וְיָסַף חֲמִישִׁית כֶּסֶף עֶרְכְּךָ עָלָיו וְהָיָה לוֹ (Lev. 27, 15). Paullo similior iis quae in Talmude leguntur est versus Lev. 27, 19: וְיָסַף חֲמִישִׁית כֶּסֶף־עֶרְכְּךָ עָלָיו וְקָם לוֹ. Nonnulla alia exempla quae huc pertinent collegit *Norzi* in Minchath Schai ad I Chron. 5, 24. II Chron. 33, 13. — De Rabbinis dicta Biblica contrahentibus cf. tr. *Pesachin* 3b בלשון קצרה et

R. Josua Levita in הליכות עולם, II c. 2: דרך הגמרא לקצר המקראות ואינו מביא אותם כהויתן. — Interdum versus plures in unum contrahuntur, v. *Surenhus.* l. l. Lib. I. thes. 7, p. 45. 46. — Hic illic priora et posteriora commatis verba allegantur, mediis quae ad scopum auctoris non pertinent omissis, ut Psalm. 104, 15 cf. *Berachoth* 35^b (*Surenh.* p. 53).

§. 12. De formulis אל תקרא כך אלא כך et יש אם למקרא ויש אם למסורת.

Persaepe in scriptis Talmudicis dicta Biblica afferuntur additis verbis אל תקרא כך אלא כך aut יש אם למקרא ויש אם למסורת, quibus formulis lectionum diversitates significari nonnulli critici saeculi XVI. et XVII. putarunt;[131]) nunc autem hanc opinionem reiciendam esse inter omnes constat. Satis igitur est libros quibus de his formulis disseritur nominare (v. infra p. 68 sq.). — Erunt quidem qui commemorationem huius Talmudistarum moris plane inutilem et supervacaneam esse existiment; nos autem non dubitamus quin quicumque de usu Talmudis critico disputare vult veram et propriam significationem formularum אל תקרא כו׳ et יש אם כו׳ penitus perspexisse debeat: sic enim haud raro aliis locis, quibus Talmudistae verba V^{is} T^i aliter atque in Bibliis hodiernis exstant legisse videntur, multum lucis affertur: existimamus enim Rabbinos veteres in disputationibus nonnumquam textum Biblicum mutatum adhibuisse nulla diserta mentione facta formulae אל תקרא כו׳ vel יש אם כֻו׳. — Ad tales locos viri docti cum animum non satis attenderint, id quod censemus exemplis nonnullis explanabimus et probabimus. *Erubin* 18^b fin. ואמר רבי ירמיה בן אלעזר מיום שחרב בית המקדש דין לעולם שישתמש בשתי אותיות שנ׳ (ψ 150, 6) כל הנשמה תהלל יה הללויה. In Bibliis nunc legitur הנְשָׁמָה nec dubitari potest quin R. Jeremiae tempore haec vox eodem modo ab iis qui Psalmos legebant pronuntiata fuerit; hoc autem loco R. Jeremia legi iubet נַשָּׁמָה, cf. *Tosaphoth* h. l. (s. v. כל): פר״ח קרי ביה הנשמה בדגש (i. e. explicatio R. Chanan'elis est etc.), v. etiam *M. J. Landau*, Geist u. Sprache der Hebräer nach dem zweiten Tempelbau, p. 28. 29, Pragae 1822.

131) cf. *Hupfeld* in: Studien u. Kritiken III (1830) p. 555, adn. [a]), et p. 556, adn. [a]).

Berachoth 15^b fin. 16^a: ואמר ר׳ חמא בר חנינא למה נסמכו אהלים לנחלים דכתיב (Num. 24, 6) כנחלים נטיו כגנות עלי נהר כאהלים נטע וגו׳ לומר לך מה נחלים מעלין את האדם מטומאה לטהרה, אף אהלים מעלין את האדם מכף חובה לכף זכות. In textu Masorethico אֲהָלִים, quae vox Talmudistis non ignota erat (v. *Buxtorfii* Lex. Rabb. col. 38), R. Chama vero hic pronuntiat אֹהָלִים, id quod Raschi bene explicat בתי מדרשות.

Sed non solum vocales verum etiam consonantes textus Biblici Talmudistae saepe in disputationibus conmutant[132]) nullam vocem addentes quae in V^e T^o aliter scriptum esse doceat. Hoc quoque exemplis illustretur.

Sabbath 88^b: (ψ 68, 13) והיו מלאכי השרת מדדין אותן שנאמר מלאכי צבאות ידודון ידודון, אל תקרי ידודון אלא ידדון, in Bibliis scriptum est מלכי צב׳.

Berachoth 61^a fin.: אמר רב יצר הרע דומה לזבוב ויושב בין שני מפתחי הלב שנ׳ (Koh. 10, 1) זבובי מות יבאיש יביע שמן רוקח, ושמואל אמר כמין חטה הוא שנ׳ (Gen. 4, 7) לפתח חטאת רובץ, bene Raschi: חטאת לשון חטה דריש ליה — Inter hunc locum et antecedentem hoc tantum discrimen est quod Sabbath 88 מלאכי et legitur et scribitur, Berachoth 61 autem scribitur quidem ut in Bibliis חטאת sed legitur חטה.

Tantum abest ut hi similesque Talmudis loci faciant ad emendandum V^{is} T^i textum, ut haud raro lectiones a Talmudistis novae interpretationis causa excogitatae postea in libros Biblicos manu scriptos irrepserint, cf. ea quae hac de re dixit *de-Rossi* (Proll. part. I § XXX, p. XXXIII): „Dolendum est priscos synagogae doctores rimandis allegoriis totos dedisse se; quas ut elicerent, vocales ac consonas literas mutabant pro lubitu, addebant, detrahebant, dictiones substituebant eiusdem soni, vocabula in duo dividebant. Allegoricae autem istae expositiones, quod magis adhuc dolendum est, allegoricas lectiones in codices invexerunt, et amanuenses nonnulli vel inconsulto vel ex ignorantia, Talmudis auctoritate freti, illas pro veris sacri textus verbis ac locutionibus descripserunt.“ Cuius rei exemplum habes Koh. 8, 10 וישתכחו. *Gittin* fol. 46 אל תקרא וישתכחו אלא וישתבחו. Nonnulli codices *Kenn.* Talmudistas sequentes habent וישתבחו. — .

132) hac interpretationis lege usi גורעין ומוסיפין ודורשין, *detrahunt, addunt et sic exponunt.*

Talmudistae ipsi textum codicum Biblicorum non mutarunt; neque enim umquam talis mutationis mentio fit, si exceperis codicem *R. Meïr* in quo fuisse dicuntur hae lectiones:

Gen. 3, 21 כָּתְנוֹת אוֹר pro כָּתְנוֹת עוֹר, v. Midrasch *Bereschith Rabba* sect. XX (Sepher Rabboth, ed. Cracov. 1587, fol. 24, 2): בתורתו של רבי מאיר מצאנו כתיב כתנות אור.

Gen. 1, 31 טוֹב מָוֶת pro טוֹב מְאֹד, v. *Beresch. Rab.* sect. IX, fol. 11, 1: בתורתו של רבי מאיר מצאנו כתוב והנה טוב מאד והנה טוב מות, quem Derasch alii quoque probarunt, v. ibid.

Gen. 46, 23 וּבֶן־דָּן חֻשִׁים pro וּבְנֵי דָן חֻשִׁים, v. *Beresch. Rab.* sect. XCIV, fol. 106, 2 בתורתו של ר׳ מאיר מצאנו כתו׳ ובן דן חושים.

Praeterea cf. Talm. Hieros. *Taanith* fol. 64, 1: והיה דורש אה״חע בחילוף עור בעד אור. Ex hoc loco primum has lectiones in aliis codicibus non fuisse intellegimus, deinde eas non in ipso codice scriptas sed in margine tantum adnotatas fuisse[133]) verisimile fit.

I) De formula אל תקרא כך אלא כך scripserunt: *Rich. Simon*, disquisit. crit. de variis Biblior. editionibus cap. III, p. 17: „cavendum est, ne ista loquendi formula quam frequenter in Talmude usurpant *ne legas sic sed sic* ad lectionum varietatem trahatur. Lusus enim est allegoricus illis doctoribus admodum familiaris qui servata dictionum ut ita loquar substantia diversos unius eiusdemque vocis legendae modos pueriliter comminiscuntur;" *Theod. Hackspan*, expositio Cabbalae § 49 sqq., Lugd. Bat. 1701 (prodiit una cum Miscellaneis Sacris); *id.*, Comment. de usu librorum Rabbinicorum, Norimb. 1644, 4to (addita est editioni libri נצחון, Altorf. 1644, 4to, p. 328—330); *Joh. Buxtorfius* fil., de punctor. vocal. et accentuum origine et antiquitate, Bas. 1648, 4to, Part. I cap. VI p. 96—103; *Jac. Capellus* in observatt. ad cap. III epist. ad Hebraeos, Sedani 1624. 8vo; *J. C. Wagenseilius*, Sota p. 68, Altorf. 1674, 4to; *Guil. Surenhusius*, βίβλος καταλλαγῆς p. 41 sq., p. 59 sqq., Amstel. 1713, 4to (hunc librum nemo qui Rabbinorum scriptis operam dat neglegere debet); *J. G. Carpzovius*, Critica Sacra, Part. I cap. VII, § VII p. 362—364, Lips. 1728, 4to; *A. G. Wähner*, Antiquitates Ebraeorum Sect. II, cap. XI § 299, tom. I p. 367—368, Gotting. 1743, 8vo; *Adr. Relandus*, de nummis veterum Hebraeorum qui ... Samaritani appellantur dissertationes quinque, Trajecti ad Rhen. 1709, 8vo min., diss. V. p. 157—166 (permulta exempla affert; docet hanc formulam neque in Mischna [*Aboth* VI, 2?] neque in Gemara Hieros. exstare); *Jo. Christ. Wolfius*, Notitia Karaeorum ex Mardochai ... tractatu haurienda, Hamb. 1714, 4to, p. 137. 152. 153; *Norzi*, Minchath Schai ad Mal. 2, 15. Zeph. 1, 12. II Chron. 33, 13; *Moses ben-Maimon*, Moreh Nebochim III cap. 43, p. 473 ed. *Buxtorf.*, Latine reddidit *Jos. de Voisin* (de Lege Divina c. XVII p. 286), Arabice exstat locus in *Hottingeri* Thesauro Philologico p. 212; *J. S. Hirschfeld*, die hagad. Exegese, Berol. 1847, § 156 p. 320, § 167 p. 355, § 179 p. 420. Multa quae huc pertinent leguntur in libro דרכי השינויים, quem composuit *Samuel Waldberg*, Lemberg 1870.

133) Hac in re assentimur *Jo. Henr. Otthoni* (Histor. Doctor. Mischnic., ap. *Wolf.* Bibl. Hebr. IV. p. 422) et *L. Zunzio*, die Gottesdienstl. Vorträge, Berol. 1832, p. 172: „Es wird . . von einer Gesetzrolle des R. Meïr . . . berichtet, in welcher die hagadische Auslegung am Rande nachgetragen war." — De R. Meïr legas praeterea *J. M. Jost*, Geschichte der Israeliten seit der Zeit der Makkabäer, tom. IV p. 35—38, Berol. 1824, 8vo; *Otthonem* l. l. p. 419—423.

II) De formula יש אם כו׳ multa in scriptis supra laudatis leguntur, praecipue apud *Buxtorfium* (de punct. antiq. p. 96. 103—110) qui inter alia dicit haec (p. 104): „Usus vero huius axiomatis Talmudici hic est. Cum de re seu quaestione aliqua disputant ac in diversas sententias abeunt, saepe accidit ut uterque dissentientium fundamentum suum in uno eodemque Scripturae loco, imo et in eadem voce ponat; unus sc. in communi et recepta lectione, alter in lectione mystica et allegorica, eadem illa voce sed aliis vocalibus animata vel aliter explicata. Prior dicit: *est mater lectionis*, q. d.: mea sententia innititur communi et receptae lectioni, cum punctis et vocalibus propriis, *sensui literali;* alter dicit: *est mater lectionis*, h. e. ego meam sententiam elicio et educo ex sensu mystico et lectione vel expositione aliqua per traditionem accepta, qua didici, hanc vocem pro infinita fecunditate legis sic quoque posse legi et explicari."[134]) Praeterea legas *Buxtorfii* patris Tiberiadem (ed. 1665, 4to) p. 36. 37; *Jo. Morini* Exerc. Bibl. XII c. 5, XV c. 5; *A. G. Wähneri* Antiq. Ebr. Sect. II cap. XII § 318— § 320, tom. I p. 377—380; *H. S. Hirschfeldii*

134) Haec, ut multa Buxtorfiana, in *Carpzovii* Critica Sacra (Lips. 1728, 4to, p. 364) ad literam fere exscripta sunt.

Halachische Exegese, Berol. 1840, § 290, p. 305; *H. Hupfeldii* Beleuchtung dunkler Stellen der alttestam. Textgeschichte, in: Studien u. Kritiken III (1830) p. 556—563.

§. 13. Verba Biblica a Rabbinis veteribus laudata plerumque vel in minimis rebus cum textu V^{is} T^{i} qualis hodie exstat conveniunt.

Plerumque verba Biblica in Talmude et Midraschim laudata adeo cum iis quae in textu hodierno leguntur conveniunt ut ne minima quidem sit differentia. Magnus exemplorum numerus facile congeri potest: locos V^{is} T^{i} in Mischna allatos enumeravit *M. E. Pinner* in prooemio (fol. 21^{b}. 22^{a}) quod tractatui Berachoth (Berol. 1842 fol.) praemisit; totum Talmudem complectitur liber cui titulus est *Toldoth Aharon* (v. adnot. 123). — Nos ne longi simus exemplis aliquot etiam in minimis rebus ut in חסר ומלא Talmudem plerumque cum Bibliis editis et manu scriptis consentire demonstrabimus.

Gen. 1, 14 מארת defective, v. Midrasch *Bereschith Rabba*, sect. VI init., fol. 3, 4 (Cracov. 1587 fol.): ויאמר אלהים יהי מאורות. ר׳ יוחנן פתח עשה ירח למועדי׳. א״ר יוחנן לא נברא להאיר אלא גלגל חמה בלבד. Auctor comm. *Matthanoth Kehunna* ad voc. אלא haec: דייק מדכתיב יהי מארת חסר דמשמע מאור אחד כן הוא בפסיקתא.

Gen. 2, 4 תולדות plene, cf. *Bereschith Rabba* sect. XII, fol. 14, 3: א״ר שמואל בר נחמן כל תולדות שנאמרו בתורה חסרין בר מן תרין: אלה תולדות פרץ וגו׳ והדין. ומפני מה אינון חסרין? ר׳ יודן בשם ר׳ אבין אמר כנגד ששה דברים שנטלו מאדם הראשון, ואלו הן: זיוו חייו וקומתו ופרי הארץ ופירות האילן ומאורות. זיוו מנין כו׳. Eadem paucis verbis mutatis leguntur Midr. *Schemoth Rabba* sect. XXX fol. 145, 3.

Gen. 12, 8 וַיֵּט אָהֳלֹה, ה pro ו, *Bereschith Rabba* sect. XXXIX fol. 43, 4: אהלה כתי׳ מלמד שנטע אהל שרה תחלה ואחר כך נטע אהלו.

Gen. 19, 14 לֹקְחֵי sine Vav, *Bereschith Rabba* sect. XLVIII fol. 56, 3: לקוחי אין כתיב כאן אלא לוקחי בנתיו, i. e. „pronuntiari quidem potest לֹקְחֵי, neque vero hoc in animo fuit Mosi." Si puncta vocalia Rabbino haec scribenti nota fuissent, melius id quod censebat exponere potuisset.

Gen. 23, 16. In uno eodemque versu עפרון plene, עפרן defective. *Bereschith Rabba* sect. LVIII fol. 65, 1: הה״ד נִבְהָל לַהוֹן אִישׁ רַע עָיִן וְלֹא יֵדַע כִּי־חֶסֶר יְבֹאֶנּוּ (Prov. 28, 22). נִבְהָל לַהוֹן אִישׁ רַע עָיִן. זה עפרון שהכניס עין רע בממונו של צדיק. וְלֹא יֵדַע כִּי חֶסֶר יְבֹאֶנּוּ. שחסרתו התוספת וא״ו הדא הוא דכתיב וַיִּשְׁמַע אַבְרָהָם אֶל עֶפְרוֹן וַיִּשְׁקֹל אַבְרָהָם לְעֶפְרֹן. — De עפרון, עפרן כתיב חסר וא״ו cf. praeterea *Schemoth Rabb.* s. XXXI fol. 131, 1 et *Mechilta* fol. 37, 2.

Gen. 26, 3 הָאֲרָצֹת הָאֵל, האל sine ה pro האלה, *Beresch. Rabb.* sect. LXIV fol. 71, 2: למה לא נאמר האלה אלא האל? לומר מקצתן אני נותן לך ואימתי אני נותן את השאר לעתיד לבא.

Gen. 37, 24 וַיִּקָּחֻהוּ, defective. Ex hoc eliciunt initium ab uno esse factum, v. *Beresch. Rab.* sect. LXXXIV, fol. 94, 3: וַיִּקָּחוּהוּ. ויקחהו כתיב מי היה זה? שמעון. ואימתי פרעה לו להלן וַיִּקַּח מֵאִתָּם אֶת־שִׁמְעוֹן.

Gen. 38, 27 de Tamar תְּאוֹמִים בְּבִטְנָהּ, *Beresch. Rab.* sect. LXXXV, fol. 96, 3: תאומים מלא כאן שניהם צדיקים ולהלן כתיב תומים (Gen. 25, 24) חסר אחד צדיק ואחד רשע. Gen. 38 in nostris quoque codicibus est א, quod deest Gen. c. 25.

Ex. 3, 15 לְעֹלָם (in aeternum) sine Vav, v. *Schemoth Rab.* s. III, f. 105, 3 שלא יהגה אדם את ה׳ באותיותיו, ne quis יהוה pronuntiet sed אדני.

Ex. 13, 13 פֶּטֶר חֲמֹר, חמר sine Vav., Talm. tr. *Berachoth* 56^{a} p. med., quo loco Bar Hadja somnia exponit quae viderunt Abai et Rabah: אמרי ליה חזינן בר חמרא דקאי אאיסדן ונוער. לאביי א״ל מלכא הוית וקאי אמורא עלך. לרבא א״ל פטר חמר גהיט מתפילך, א״ל לדידי חזי לי ואיתיה. א״ל וא״ו דפטר חמר ודאי גהיט מתפילך. Tosaphoth גהיט interpretantur per מחוק. In Tephillin quibus Rabah utebatur חמור per errorem plene scriptum fuit, postea ו litera deleta est.

Ex. 23, 2 רִב defective, v. tr. *Sanhedrin* 36^{a}: דיני נפשות מתחילין מן הצד, מנא הני מילי? אמר רבי אחא בר פפא אמר קרא לא תענה על ריב לא תענה על רב. R. Acha per Derasch pro רִב legit רַב quod in Halacha fieri nequit nisi scriptum fuit רב defective.

Lev. 23, 2. 4. 37 אֲשֶׁר תִּקְרְאוּ אֹתָם, tr. *Rosch ha-schana* (fin. cap. אם אינם מכירין) bis tribus locis אתם defective scriptum esse tradunt, v. *Norzi* ad Lev. 23, 2.

Lev. 23, 34. 42. סֻכּוֹת semel plene, bis defective סֻכֹּת, v. tr.

Sanhedrin 4a (eadem leguntur *Sebachim* 37b fin.), quo loco de tabernaculorum (סכות) lateribus haec: דתני׳ שתים כהילכתן ושלישית אפילו טפח. רבי שמעון אומר ג׳ כהילכתן ורביעית אפילו טפח. במאי קמי פלגי? רבנן סברי יש אם למסורת ורבי שמעון סבר יש אם למקרא. רבנן סברי יש אם למסורת בסכת בסכת בסכות, הרי כאן ארבע, דל חד קרא לגופיה פשו להו תלת, אתאי הילכתא גרעת׳ דשלישית ואוקימתא אטפח. ור״ש סבר בסוכות בסוכות בסוכות הרי כאן שש, דל חד קרא לגופיה, פשו להו ארבע, אתאי הילכתא גרעת׳ לרביעי׳ ואוקמיה אטפח cf. etiam *Norzi* ad Lev. 23, 34. 42.

Num. 10, 10 וּבְרָאשֵׁי חָדְשֵׁכֶם, tr. *Sukka* fin. רב אשי אמר כתיב חדשכם, cf. etiam *Norzi* ad h. l.

Num. 15, 24 לְחַטָּת sine א, *Sebachim* 90b: אמרי במערבא משמיה דרבא בר מרי חטאת ע״א חסר א׳ לחטת כתיב.

Deut. 11, 12 רֵשִׁית sine א, *Rosch ha-schana* 16b א״ר יצחק כל שנה שרשה בתחילתה מתעשרת בסופה שנא׳ מראשית השנה מרשית כתיב וְעַד אַחֲרִית סופה שיש לה אחרית, v. etiam *Norzi* ad Dt. 11, 12.

Jos. 24, 3 וארב, *Norzi* e Talm. Hieros. tr. *Pesachim* haec affert אמר ר׳ אחא וארב כתיב, כמה ריבים עשיתי עמו עד שלא נתתי לו את יצחק

II Sam. 22, 12 חַשְׁרַת־מַיִם, Psalm. 18, 12 חֶשְׁכַת־מַיִם, cf. *Taanith* 10a: א״ר יוחנן כתיב חשכת מים עבי שחקים וכתיב חשרת מים עבי שחקים שקול כף ושדי אריש וקרי ביה חכשר׳, v. etiam Midr. *Schochar Tob* et *Kimchii* libr. radicum rad. חשר.

Jona 2, 1 דָּג, v. 2 הַדָּגָה cum ה in fine vocis. In *Jalkut Schimʿoni* (II 550) ex hoc colligunt prophetam primum in ventre piscis maris, deinde in piscis feminae fuisse.

Ruth 4, 18 תולדות plene, v. *Bereschith Rabba*, sect. XII fol. 14, 3 (quem locum ad Gen. 2, 4 laudavimus); *Schemoth Rab.* sect. XXX, fol. 145, 3; *Bereschith R.* fol. 14, 4 ר׳ ברכיה בשם ר׳ שמואל אמר אע״פי שנבראו הדברים על מליאתן, כיון שחטא אדם הראשון נתקלקלו ועוד אינן חוזרין לתקונן עד שיבא בן פרץ שנ׳ אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת פֶּרֶץ (Ruth 4, 18) מלא בשביל ששה דברים שיחזרו ואלו הן: זיוו. חייו. קומתו. פירות הארץ. ופירות האילן ומאורות, זיוו מנין כו׳.

§. 14. Masorae quatenus in scriptis Rabbinorum veterum mentio fiat exponitur.[135]

Non disputandum est hoc loco de origine Masorae, sed ea tantum quae qualis Talmudistarum tempore fuerit textus Vis Ti docere possint afferemus.

I) *De partitione Veteris Testamenti.*

A) De librorum Biblicorum ordine et nominibus scripsit *Jul. Fürst* (Der Kanon des Alten Testaments nach den Ueberlieferungen in Talmud und Midrasch, Lips. 1868, 8vo), quem exscribere nolumus.[136] Duas tantum quas omisit res addemus:

a) nonnullos Pentateuchum in septem libros divisisse, v. Talm. tr. *Sabbath* 115b. 116a (quem locum infra No VI laudabimus); Midr. *Bereschith Rabba* sect. LXIV fol. 71d: כמה בארות חפר אבינו יצחק בבאר שבע? ר׳ יהודה אומר ארבע כנגד כן נעשו בניו ארבעה דגלים במדבר, ורבנן אמרי כנגד חמשה ספרי תורה (sequuntur nomina). אלא בן קפרא עביד וידבר תלתא ספרים: מן וידבר עד ויהי בנסוע הארון ספר בפני עצמו (Num. 1, 1—10, 35). מן ויהי בנסוע ודבתריה ספר בפני עצמו (Num. 10, 35. 36) ומן סופיה דפסקא ועד סופיה דספרא ספר בפני עצמו; Midr. *Vajikra Rabba* (ad Lev. 9, 1) sect. XI fol. 177, 1 quo loco de Prov. 9, 1 disputatur: גר׳ קפרא פתר קריא בתורה חכמות בנתה ביתה זו תורה הה״ד כִּי־יְיָ יִתֵּן חָכְמָה (Prov. 2, 6) יְיָ קָנָנִי רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ (Prov. 8, 22) חָצְבָה עַמּוּדֶיהָ שִׁבְעָה אלו שבע׳ ספרי תורה ולא חמשה הן. בר קפרא עביד מרישה דוידבר עד וַיְהִי בִּנְסֹעַ הָאָרֹן חד, מן וַיְהִי עד וּבְנֻחֹה חד, ועד סופיה חד הרי ז׳. De septem Legis libris v. etiam *Raschi* ad Prov. 9, 1.

b) de spatiis inter libros singulos Vis Ti faciendis, v. tr. *Baba Bathra* 13b sub fin.: בין חומש לחומש ארבעה שיטין וכן בין כל נביא לנביא ובנביא של שנים עשר ג׳ שיטין.

---

135) *Abr. Geiger*, Jüdische Zeitschrift für Wissenschaft u. Leben III, p. 78—118 (1864/65) [Zur Geschichte der Massorah], quem librum in hac paragrapho haud raro laudavi, non nisi magna opusculi mei parte prelo iam subiecta legere mihi licuit. Noli igitur existimare me, quibus locis *Geigeri* nomen non commemoraverim, ex hac perdocta commentatione quidquam mutuatum esse.

136) Praeter *Fürstium* digni sunt qui legantur: *Joh. Buxtorfius* (Tiberias, Bas. 1665, 4to, cap. XI. p. 99 sqq.) et *J. C. Wolfius* (Biblioth. Hebr. I p. 40 sqq.).

B) De sectionibus minoribus quae in Lege occurrunt.

In Bibliorum Hebraicorum textu Masorethico tota Lex divisa est in 669 Paraschas minores, quarum 290 sunt apertae, 379 clausae. — Harum Parascharum iam in Mischna mentio fit:

1) *Taanith* IV § 3 septem primae Paraschae Legis commemorantur: (אנשי המעמד קורין) ביום הראשון בראשית (Gen. 1, 1—1, 5) ויהי רקיע (1, 6—1, 8), בשני יהי רקיע ויקוו המים (1, 9—1, 13), בשלישי יקוו המים ויהי מאורות (1, 14—1, 19), ברביעי יהי מאורות וישרצו המים (1, 20—1, 23), בחמישי ישרצו המים ותוצא הארץ (1, 24—1, 31), בששי תוצא הארץ ויכלו השמים (2, 1—2, 3). פרשה גדולה קורין אותה בשנים הקטנה ביחיד.

2) Quando liceat benedictionum lectionem interrumpere quaeritur tr. *Berachoth* cap. II, § 2: בין ברכה ראשונה לשניה, בין שניה לשמע, בין שמע לוהיה אם שמע, בין והיה אם שמע לויאמר כו'. *Schma* est nomen Paraschae Deut. 6, 4—6, 9; *vehajah im schamoʿa* est Parascha Deut. 11, 13—11, 21; *vajomer* vocatur Parascha quae agit de fimbriis Num. 15, 37—15, 41.

3) *Tamid* V § 1 eaedem Paraschae commemorantur: וקראו עשרת הדברים, שמע, והיה אם שמע, ויאמר.

4) *Menachoth* III § 7 שתי פרשיות שבמזוזה. In Mesusa sunt Paraschae: *schmaʿ* et *vehajah im schamoʿa.—Ibidem*: ארבעה פרשיות שבתפלין; Tephillin quattuor continent Paraschas: Exod. 13, 1—13, 10 (קדש), Exod. 13, 11—13, 16 (והיה כי), שמע, והיה אם שמע. — Nonnulla testimonia e Gemara addemus:[137]

5) *Sabbath* 115b 116a: תנו רבנן ויהי בנסע הארון ויאמר משה: פרשה זו עשה לה הקב"ה כו'; loquuntur de Parascha Num. 10, 35. 36 (v. infra No VI).

6) *Berachoth* 12b, Paraschae a Mose ipso inventae esse dicuntur: אמר ר' אבהו בן זוטרתי א"ר יהודה בן זבידא בקשו לקבוע פרשה בלק [138] בקריאת שמע ומפני מה לא קבעוה? משום טורח צבור. מאי טעמא? אלימא משום דכתיב בה אל מוציאם ממצרים (23, 22) לימא פרשת רבית (Lev. 25, 35—25, 38) ופרשת משקלות

137) *H. Hupfeld* [Beleuchtung dunkler Stellen der alttest. Textgesch., Studien u. Kritiken X (1837), adn. b) ad p. 837], cuius perdoctam dissertationem non nisi post hunc librum scriptum evolvere nobis licuit, laudat praeterea hos Mischnae locos: *Joma* VII, 1. *Sota* VII, 1. 2. 6. 7, *Megilla* III, 4—6, *Jad.* III, 4.

138) Num. 22, 2—24, 25 est una sectionum minorum; ad Pericopam Sabb. s. sectionem maiorem pertinet etiam cap. 25, v. 1—9.

(Lev. 19, 33—19, 37) דכתיב בהן יציאת מצרים. אלא אמר ר' יוסי בן אבין משום דכתיב בה האי קרא כרע שכב כארי וכלביא מי יקימנו (24, 9) ולימא האי פסוקא ותו לא? גמירי: כל פרשה דפסקה משה רבינו פסקינן דלא פסקה משה לא פסקינן. פרשת ציצית (Num. 15, 37—15, 41) מפני מה קבעוה? אמר ר' יהודה בן חביבא: מפני שיש בה חמשה דברים מצות ציצית יציאת מצרים עול מצות ודעת מינים הרהור עבירה והרהור עבודת אלילים כו'.

7) *Berachoth* 63, 1 haec exstat Barajtha: תניא רבי אומר: למה נסמכה [139] פרשת נזיר (Num. 6, 1—6, 21) לפרשת סוטה (Num. 5, 11—5, 31) [140] לומר לך שכל הרואה סוטה בקלקולה יזיר עצמו מן היין. אמר חזקיה בריה דרבי פרנך, א"ר יוחנן: למה נסמכה פרשת סוטה לפרשת תרומות ומעשרות? [141] לומר לך כל שיש לו כו'.

8) *Baba Bathra* 14b: משה כתב ספרו ופרשת בלעם. Parascha Bilʿam eadem est quae P. Balak.

9) *Gittin* 60a enumerantur sectiones octo eo die quo Tabernaculum erectum fuit publice lectae: אמר ר' לוי שמנה פרשיות נאמרו ביום שהוקם בו המשכן, אלו הן: [1]פרשת כהנים [2]ופרשת לוים [3]ופרשת טמאים [4]ופרשת שילוח טמאים [5]ופרשת אחרי מות [6]ופרשת שתויי יין [7]ופרשת נרות [8]ופרשת פרה אדומה ([1]Lev. 21, 1—24; [2]Num. 8, 5—22; [3]Num. 9, 6 sqq. (hi versus hodie non sunt „Parascha"); [4]Num. 5, 1—4; [5]Lev. 16 (de Pontifice summo); [6]Lev. 10, 8—11; [7]Num. 8, 1—4; [8]Num. 19.)

Harum Parascharum aliae sunt apertae פתוחות, aliae clausae סתומות, v. tr. *Sabbath* 103b fin.: פרשה פתוחה לא יעשנה סתומה, סתומה לא יעשנה פתוחה, cf. etiam tr. *Megilla* fol. 30 sq. et Talm. Hieros. tr. *Megilla* fol. 71 b. Prae ceteris autem qui hac de re legatur dignus est locus in tr. *Sopherim* I, 13: פתוחה שעשאה סתומה סתומה שעשאה פתוחה הרי זה יגנז. אי זהו פתוחה? כל שלא התחיל בראש השיטה. ואי זהו סתומה? כל שהניח באמצע השיטה. וכמה הניח בראש השיטה ותהא נקראת פתוחה? כדי לכתוב שם של שלוש אותיות. וכמה יניח באמצע השיטה ותהא נקראת סתומה? כדי לכתוב שם של שלוש אותיות. גמר כל הפרשה בסוף הדף

139) De סמוכין v. *H. S. Hirschfeld*, hagadische Exegese, §. 172, p. 385.

140) *P. Sota* commemoratur etiam *Gittin* 60a.

141) H. l. פרשה latius patet. Num. 5, 9 enim Teruma non nisi strictim commemoratur. Fusius agitur de Ter. et Maʿas. in Num. cap. XVIII. — *Berachoth* 63a פרשה קטנה est *versus*. In Mischna *Megilla* IV §. 4 versus qui integrae enuntiationes sunt פרשיות vocantur. — Psalmi Parascharum nomen habent *Berachoth* 9b. 10a.

ישייר שיטה אחת למעלה, ואם שייר מלמטה כדי לכתוב שם של שלוש אותיות מתחיל מלמעלן. [142]

Midr. *Bereschith Rabba* (ad Gen. 47, 28) sect. XCVI init., fol. 107, 3: ויחי יעקב בארץ מצרים . למה פרשה זו סתומה מכל הפרשיות של תורה ? אלא שכיון נפטר [143] אבינו יעקב התחיל השעבוד מצרים על ישראל . ד"א למה היא סתומה ? מפני שבקש יעקב אבינו לגלות את הקץ ונסתם ממנו . ד"א למה היא סתומה ? מפני שסתם ממנו כל צרות שבעולם.

Paraschae illo tempore nondum פ et ס literis sed brevi tantum spatio [144]) separatae erant. Mirum igitur non est quod postea alii alia de ordine earum statuerunt. [145])

C) Sectiones maiores.

De Legis sectionibus maioribus s. de Pericopis Sabbatho lectis bene *Morinus*, Ex. Bibl., Lib. II. Ex. XVII., cap. VI., p. 489: „Singulis Sabbatis ab antiquissimis temporibus Legem in Synagogis suis legunt, ut testatur S. Jacobus in Act. Apost. 15, 21. Ideo Legem diviserunt Judaei in sectiones LII [146]) ut singulis septimanis lectionem unam legendo universam Legis lectionem cum anno absolverent. Unam postea addiderunt, quae incipit cap. 33. v. 1 Deut. et cum ipso libro finit quam legunt die XXIII mensis Tisri qui statim post completos festi Tabernaculorum dies est. Cum autem hanc ultimam sectionem legunt ei semper primam Legis sectionem coniungunt.“ — *Act. Apost.* 13, 14: *εἰςελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐκάθισαν.* v. 15: *Μετὰ δὲ τὴν ἀναγνώρισιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἀπέστειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι κτλ. ibid.* 15, 21: *Μωυσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ πόλιν τοὺς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει ἐν ταῖς συναγωγαῖς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκόμενος. Josephus c. Apionem* II, 17 fin.: *οὐκ εἰς ἅπαξ ἀκροασαμένους οὐδὲ δὶς ἢ πολλάκις ἀλλ᾽ ἑκάστης ἑβδομάδος τῶν ἄλλων ἔργων ἀφεμένους ἐπὶ τὴν*

142) Latine haec vertit *Morinus*, Exercitt. Bibl., Lib. II Ex. XVII, cap. VII, no. 5; p. 492.

143) Legendum est שנפטר, quod habet *Raschi* ad Gen. 47, 28.

144) cui פֶּרֶק nomen videtur fuisse, v. *Berachoth* II, 2. *Chullin* X, 4. *Tamid* VII, 3. 4 (quos locos laudavit *Hupfeld* l. c.).

145) *Mos. ben-Maimon*: ראיתי שיבוש גדול בכל הספרים שראיתי בדברים אלו. Varias Rabbinorum de his Paraschis opiniones collegit *Morinus* Exerc. Bibl., Lib. II, Exerc. XVII, cap. VII, p. 491 sqq.

146) debet esse „LIII“.

ἀκρόασιν τοῦ νόμου ἐκέλευσε συλλέγεσθαι καὶ τοῦτον ἀκριβῶς ἐκμανθάνειν. Bene *L. Zunz*, die Gottesdienstlichen Vorträge der Juden, Berol. 1832, p. 4: „[der noch jetzt üblichen Ordnung gemäss] die in Babylonien Wurzel gefasst zu haben scheint [147]), zerfällt der Pentateuch in 54 Parascha's oder Wochenabschnitte, von welchen der erste an dem Sabbath nach dem Hüttenfeste — dem letzten des Monats Tischri — der letzte am Beschlusstage des kommenden Hüttenfestes (23. Tischri) gelesen wurde. ... In der ersten Hälfte des 8. Jahrhunderts erscheint der heutige Cyklus der Parascha's als längst bestehende Einrichtung [148]).

Judaei Palaestinenses Legem diviserunt in 155 Sedarim, quia non singulis annis sed ternis Legis lectionem publicam absolvebant, cf. tr. *Megilla* 29b p. med.: בני מערבא מסקי לדאורייתא בתלת שנין, cf. *Jul. Fürst*, Kultur- u. Literatur-Gesch. der Juden in Asien, Lps. 1849 p. 61. 62. [149]). In nonnullis Synagogis hic mos usque ad saeculum duodecimum obtinuit, v. *Zunz*, die Gottesd. Vortr. p. 410, not. a [150]). — In Talmudistarum codicibus Biblicis inter sectiones maiores et minores nihil differebat.

D) Haphtarae.

Sabbathis praeter Legem etiam Prophetarum capita selecta in Synagogis legebantur, cuius moris iam *Act. Apost.* 13, 27 mentio fit: *τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τῶν κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας*, cf. etiam 13, v. 14. 15. *Luc.* 4, 16: *εἰςῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων εἰς τὴν συναγωγὴν καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι.* v. 17: *καὶ ἀπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαίου τοῦ προφήτου.* In tr. *Megilla* IV, 2 (Mischn.): ... (קורין) בַּשַּׁבָּת שִׁבְעָה

147) [a] s. Megilla f. 29b. 30b wo mehrere heutige Benennungen der Wochenabschnitte vorkommen; vgl. die noch ältere Gesetzesvorschrift der Boraitha, ib. f. 31b.

148) [e] in den *Scheeltoth* des R. Achai sowie in der *Pesikta*.

149) *Fürst* l. l. adn. 116: [Hiervon] berichtet uns schon *Rab* (Esther rab. Anf.), der aus Palaestina kam; er sagt nämlich dort „die Bücher des Gesetzes haben die Zahl קנה Koneh“, was nur von diesen erwähnten Pericopen verstanden werden kann. Dieselbe palästinische Eintheilung hat auch Jakob Tunisi (b. Chajim) nach einer alten Masora in der rabb. Bibel mitgetheilt, wie auch die masorethische Glosse über die Anzahl der Sidra's hinter jedem Buche des Pentateuchs. Nur ist in der masor. Zählung noch Einiges zu berichtigen. — Ait enim *ben-Chajim* Pentateuchum habere 154 Sedarim, enumerat non nisi 153.

150) Nonnulla alia de lectionibus e Lege et Prophetis, v. in *Zunzii*: d. Gottesd. Vortr. cap. XX (Das Vortragswesen des Alterthums) p. 329 sqq.

וּמַפְטִירִין בַּנָּבִיא. *Maphtirin ba-nabi* commemorantur eodem capite §. 1. 3. 5. 10. (cf. *Maimon.* et *Barten.* ad III, 4—6). — Quod ad singulas Haphtaras attinet, cf. *Zunz*, l. l. p. 6: „Eine Angabe verschiedener Haphtara's findet sich in den Werken des dritten Jahrhunderts: damals aber war eine allgemeine Feststellung in diesem Punkte noch nicht geschehen [151]), und unsre heutige Ordnung ist das *Werk späterer Jahrhunderte* [152]).

E) Hagiographa.

Psalmis Parascharum nomen esse supra (adn. 141) iam commemoravimus.

F) Versus.

Dubium non est quin antiquissimis iam temporibus [153]) Scriptura Sacra in versus פְּסוּקִים [154]) divisa fuerit. Hi versus ab iis qui nunc in Bibliis Hebraicis conspiciuntur diversi non sunt: saepissime enim in Talmudibus et Midraschim dicta Biblica ita laudantur, ut unum vel plures versus Masorethicos aequent [155]); praeterea conferas *Baba Bathra* 14b: יהושע כתב ספרו ושמונה פסוקים שבתורה et *Menachoth* 30a (ubi eadem), quibus locis Josua non solum librum qui ab ipso nomen accepit sed etiam octo versus de Mosis morte (Deut. 34, v. 5—12) scripsisse dicitur.

Haud raro in scriptis Rabbinorum veterum versus librorum Biblicorum vel sectionum numerantur (v. quae supra attulimus §. 1, p. 10—12), neque vero ubique Masoretharum computationes cum numeris qui in Talmudibus et Midraschim reperiuntur conveniunt; qua de re alio loco plura dicere nobis in animo est, nunc

151) [c] Mischna u. Tosefta Megilla c. 3, Megilla f. 29b. 31a.

152) [d] s. unten cap. 11 [de *Pesikta*, p. 188 sqq.].

153) *Megilla* 22a: כל פסוקא דלא פסקיה משה אנן לא פסקינן ליה, Midrasch *ajikra Rabba* sect. XIII fol. 180, 1: משה נתן שלשתן בפסוק אחד, e Mischna cf. *Megilla* IV, 4: הקורא בתורה לא יפחות משלושה פסוקים, לא יקרא למתורגמן יותר מפסוק אחד, ובנביא שלשה, היו שלשתן שלש פרשיות קורין אחד אחד. Alios locos v. in *Wähneri* Antiquit. Ebraeor., Sect. I cap. XXXVI, § 182. § 183, tom. I p. 97. 98.

154) De *Berachoth* 63a, *Megilla* IV, 4 (פרשיות) v. adnot. 141.

155) In Hagada nonnumquam versuum rationem non habent; Gen. 6, 7. 8: כִּי נִחַמְתִּי כִּי עֲשִׂיתִם: וְנֹחַ מָצָא חֵן וגו׳ Rabbini nonnulli ut Noachum quoque infirmum fide fuisse demonstrent, in Midr. *Bereschith Rabba* sect. XXIX fol. 31, 3 sic legunt: כִּי נִחַמְתִּי כִּי עֲשִׂיתִם וְנֹחַ — Huc pertinere videtur Talm. Hieros. *Pea* 16, 2 quo loco de *ʿObadia* v. 9. 10: וְחַתּוּ גִבּוֹרֶיךָ תֵּימָן לְמַעַן יִכָּרֶת־אִישׁ מֵהַר עֵשָׂו מִקָּטֶל: מֵחֲמַס אָחִיךָ יַעֲקֹב תְּכַסְּךָ בוּשָׁה וְנִכְרַתָּ לְעוֹלָם haec dicuntur: מחשבה רעה הקדוש ברוך הוא מצרפה מקטל מחמס אחיך יעקב, וכי הרגו? אלא מלמד שחשב עליו להרגו והעלה עליו הכתוב כאלו הרגו.

conferas *Joh. Buxtorfii* Tiberiadem (Bas. 1665, 4to) p. 117 sq. 335; *Morini* Exercitationes Biblicas, Lib. II, Exerc. XV, cap. I, p. 442—444 (Paris. 1669 fol.); *J. C. Wolfii* Bibliothecam Hebraeam, vol. II p. 473. 474; *H. S. Hirschfeldi* Hagadische Exegese, Berol. 1847, § 153, p. 152; *Jul. Fuerstii* Kultur- u. Literatur-Geschichte, 1849, p. 62. 63; *Rapoport* in: Nederlandsch Israel. Muzen-Almanach, 1. Jaargang (Germanice vertit *M. Steinschneider* in: *Frankel*, Monatsschrift für die religiös. Interessen des Judenthumes, 1844, vol. I p. 355—359; *S. Baer*: Die Verszählung des Pentateuch (in: *Der Orient* 1851, vol. XII p. 200—205); *Abr. Geiger*, Wissensch. Zeitschrift für jüd. Theol. III, 153 (1837); *idem*, Jüdische Zeitschrift für Wissensch. u. Leben IV, 265. 266 (1864/65).

De paucis tantum vocibus utrum ad versum antecedentem an sequentem pertinerent disputaverunt [156]) Rabbini veteres [157]): Gen. 4, 7 שְׂאֵת; 49, 7 אָרוּר; Ex. 17, 9 מָחָר; 25, 34 מְשֻׁקָּדִים; Deut. 31, 16 וְקָם (?); Ex. 24, 5 וַיַּעֲלוּ (?); Gen. 34, 7 כְּשָׁמְעָם (?); v. *Bereschith Rabba* sect. LXXX fol. 89, 4, Midr. *Tanchuma* fol. 23, 1, Talm. tr. *Chagiga* 6ab, *Joma* 52ab, *Sabbath* 30b, quibus *Zunz* (die Gottesd. Vortr. p. 106, adnot. h) addit: Talm. Hieros. *ʿAboda Zara* II, 7 et *Mechilta* fol. 21, 1 [בשלח cap. 1]. [158]) — De Ex. 24, 5 v. *Abichtii* Ars distincte legendi p. 6, § 6. — In tr. *Sanhedrin* fol. 90 R. Gamaliel id agit ut ex Deut. 31, 16 contra Sadducaeos resuscitationem mortuorum probet, v. *Ern. Frid. Cobii* diss. phil. de nervo argumenti a Servatore contra Sadducaeos pro asserenda mortuorum resurrectione .. adhibiti, Witteb. 1727. — Occidentales versum Ex. 19, 9 in tria commata divisisse legimus *Kidduschin* fol. 30a neque vero ulla hic codicum est diversitas (cf. § 5, 4 B, p. 36 fin.). — *Rapoport* l. l. p. 355: „Nach der Boraitha (*Kidd.* 30a) enthält

156) De causa huius rei v. *Geiger*, Urschrift p. 443.

157) Cf. etiam *Surenhusius*, *βίβλος καταλλαγῆς*, Lib. III. thes. 18, p. 80. 81.

158) Mas. magna ad Deut. 31, 16 enumerat hos quinque locos: Gen. 4, 7. 34, 7. Ex. 17, 9. 25, 34. Deut. 31, 16; praeterea cf. *Norzi* ad Ex. 24, 5. 25, 34. De Rabbinis posterioribus v. *L. Dukes* in: Beiträge zur Gesch. der ältest. Auslegung des A. T. v. *Ewald* u. *Dukes*, Stuttg. 1844, tom. II, p. 85—88. 184. 185; *Ewald*, ib. p. XI; *Luzzatto*, prolegom. p. 189; *Kirchheim*, Litbl. des Orients V, 694; *R. Jona* (Abul Walid), Sepher ha-rikma, Francof. 1856, p. 43; de libris Nehardeae v. Lib. I § 5, 4 B. p. 41; *Graetz*, Monatsschr. f. Gesch. u. Wissensch. des Judenth. 1871, p. 65, usque ad finem saec. IX non omnes Rabbanitas de versibus consensisse docet.

der Pentateuch 5888 Verse (פסוקים), nach Jalkut (עקב No. 855) 15842, wo der Verf. v. זית רענן 5000 oder 8000 emendiren will; allein 15842 ergeben sich für die palästinischen Juden (בני מערבה), welche des dreijährigen Cyclus halber (*Megilla* 29b) jeden Vers in 2—3 Verse zertheilten, um die nöthige Zahl von 3 Versen für jeden Angerufenen zu erhalten."

De tribus versibus Lev. 11, 5—11, 7 in Midrasch *Vajikra Rabba* sect. XIII. fol. 180, 1 haec leguntur: את השפן... ואת הארנבת... ואת החזיר זו פרס. משה נתן שלשתם בפסוק אחד. ולזו פסוק אחד ולמה? רבי יוחנן ור' שמעון. ר' יוחנן אמ' ששקול כנגד שלשתן.

Nunc versus unusquisque ab antecedenti et sequenti separatur punctis duobus; quae cum in voluminibus Synagogarum in usum scriptis non reperiantur [159]) Talmudistarum tempore nondum in usu fuisse videntur [160]). Non magis quidquam de intervallis inter singulos versus constat.

G) *Στίχοι.*

Carmina quae exstant Exod. 15, Deut. 32, Judic. 5, II Sam. 22 Talmudistarum iam temporibus *στιχηρῶς* scribebantur, v. tr. *Sabbath* 103b fin.: כתבה כשירה או שכתב את השירה כיוצה בה הרי אלו יגנזו...; *Sopherim* c. 12; *Hupfeld* l. l. p. 845—849; *Norzi* ad Deut. 32, 1. Judic. 5, 1; *W. Schickardus*, Jus Regium Hebraeorum, ed. Carpz., Lips. 1674, 4to, p. 113—115. — De Josua c. 12 v. *Norzi* ad 12, 5. — De libris אמ"ת (Job, Prov., Ps.) v. *Hupfeld* p. 847 sqq. — Inter Decalogi quoque praecepta singula antiquis iam temporibus interstitia fuerunt, cf. *Targ. Cant.* 5, 13: תְּרֵין לוּחֵי אַבְנִין דִּיהַב לְעַמֵּיהּ כְּתִיבָן בְּעֲשַׂר שִׁטִּין דַּמְיָן לְשִׁטֵּי גִּנַּת בּוּסְמָא, cf. *Buxtorfii* Tiberias p. 273 (ed. 1665, 4to).

II) *De keri ukethib, keri velo kethib, kethib velo keri.*

De omnibus lectionibus quibus nomen est *keri* hic disserere nobis non est in animo. Si quis quid his de locis sentiendum sit cognoscere voluerit, adeat *Wolfium*, Bibl. Hebr. II p. 507—524; *J. G. Carpzovium*, Critica Sacra, P. I cap. VII § 1—§ 6, p.

159) tr. *Sopherim* 3, 7: ספר שפסקו ושנוקד ראשי פסוקים שבהן אל יִקָּרא בו. — De punctorum horum origine v. *Hupfeld*, l. l. p. 857—861.

160) Hoc bene colligit *Morinus* (l. l. p. 442) ex verbis לא בקיאינן *Kidduschin* fol. 30b [v. supra § 1 p. 11]. — Si puncta illa adhibuissent, Rabbini minime de versibus supra (p. 79) allatis (Gen. 4, 7 etc.) dubitare potuissent, v. *Havemanni* Hyle p. 478 sq. — Praeterea cf. *Hupfeld* l. l. p. 852—856.

328—357, ed. Lips. 1728, 4to; *Matth. Hillerum*, de arcano keri et kethib, Tubing. 1692; *J. Engestroemium*, קרי ולא כתיב s. lectum et non scriptum ... resp. S. Langvagen, Lond. Goth. 1738, 4to; *E. S. Trägårdum*, de קרי וכתיב s. scripto et lecto ... resp. C. D. Biörck ..., Gryphisw. 1765, 4to; *Wähnerum*, Antiquitat. Ebraeor. I p. 107—109. 112—116, alios, quos omnes enumerare longum est. [161]) — Nobis, si locos Talmudicos qui ad auctoritatem harum lectionum diiudicandam facere videntur attulerimus, satis erit.

Gen. 8, 17 הוצא, Midr. *Bereschith Rabba* ad h. l., sect. XXXIV fol. 37, 3: א"ר יודן הוֹצא כתיב הַיְצֵא קרי

Lev. 21, 5 scriptum est יִקְרְחָה, legitur יקרחו, v. *Makkoth* 20a: תנו רבנן לא יקרחו יכול אפילו קרח ארבע וחמשה קריחות לא יהא חייב אלא אחת, תלמוד לומר קרחה לחייב על כל קרחה וקרחה. Eadem paucis verbis mutatis leguntur tr. *Kidduschin* 36a, cf. etiam *Norzi* ad Lev. 21, 5.

Lev. 23, 13 ונסכה Kethib, ונסכו Keri; *Menachoth* 89b: תנו רבנן ומנחתו שני עשרונים לימד על כבש הַבָּא עם העומר שמנחתו כפולה כך יינו כפול תלמוד לומר ונסכו יין רביעית ההין יכול לא יהא אלא רביעית, מאי תלמודא. אמר רבי אלעזר כתב ונסכה וקרינן ונסכו כיצד נסכה דמנחה כנסכו דיין. מה יין רביעית אף שמן נמי רביעית.

I Sam. 17, 23 ממערות scriptum, ממערכות lectum, v. *Sota* 42b: כתיב מערות וקרינן מערכות, תני רב יוסף שֶׁהַכל הערו באמו.

Haggai 1, 8. Pro אכבד legitur אֶכָּבְדָה, *Joma* 21b: אמר רב שמואל בר אִינְיָא מאי דכתיב וארצה בו ואכבד וקרינן אכבדה מאי שנא דמחוסר ה"א? אלו חמשה דברים שהיו בין מקדש ראשון למקדש שני, אלו הן: ארון וכפורת וכרובים אש ושכינה רוח הקודש ואורים ותומים. Eadem exstant in *Schir ha-schirim Rabba* fol. 26a (ed. Stettin. 1863). Cf. etiam Talm. Hieros. tr. *Sanhedrin* cap. הגולין haec: ואכבד כתיב חסר ה"א אלו הן (v. *Franc. Tsepregi*, Sylloge l. l. I, 127).

161) v. *J. G. Walchii* Bibliotheca Theologica Selecta, tom. IV. p. 271. 272 (Jenae 1765); *Hasaei* et *Ikenii* Thesaurus novus Theologico-Philologicus, Lugd. Bat. 1732 fol., vol. I p. 27—89 et (de II Sam. 12, 31) p. 664—675; Sylloge dissertationum philol.-exeg. ... sub praes. *Alb.* et *J. J. Schultens* et *N. G. Schroeder*.., Lugd. Bat. 1772. 1775, 4to, vol. I p. 123—177 (Tsepregi), p. 354—393 (J. J. Schultens), p. 522—560 (Kuypers), II p. 885—897 (Mestingh).

Esther 9, 27 וקבל scribitur, וקבלו legitur. Talm. Hieros. *Berachoth* 14, 3: מגולת אסתר קיימו וקיבלו וגו׳ רב אמר: וקבל כתיב מלמד שהסכימו.

Koheleth 9, 4 יבחר Kethib, יחבר Keri, Talm. Hieros. *Berachoth* 13, 2 p. med.: אמר ר׳ יוחנן כי מי אשר יחובר יבחר כתיב אלא כל החיים יש בטחון שכל זמן שאדם חי יש לו תקוה, מת אבדה תקוותו, מה טעמא במות אדם רשע תאבד תקוה.

Job 13, 15 לא Kethib, לו Keri. *Sota* cap. V § 5: בו ביום דרש ר׳ יהושע בן הורקנוס לא עבד איוב את הק״בה אלא מאהבה שנ׳ הן יקטלני לו איחל, ועדין הדבר שקול לו אני מצפה או איני מצפה, ת״ל עַד אֶגְוָע לֹא אָסִיר תֻּמָּתִי מִמֶּנִּי (Job 27, 5) מלמד שמאהבה עשה. אמר ר׳ יהושע מי יגלה עפר מעיניך רבן יוחנן בן זכאי שהיית דורש כל ימיך שלא עבד איוב את המקום אלא מיראה שנא׳ אִישׁ תָּם וְיָשָׁר יְרֵא אֱלֹהִים וְסָר מֵרָע (1, 1) והלא יהושע תלמיד תלמידך למד שמאהבה עשה; Gemara ad h. l. fol. 31ª haec habet: בו ביום כו׳ וליחזי האי לא אי בלמ״ד אל״ף כתיב לא הוא, אי בלמ״ד וי״ו כתי׳ לו הוא, וכל היכא דכתי׳ בלמ״ד אל״ף לא הוא. אלא מעתה בְּכָל־צָרָתָם לֹו צָר (Jes. 63, 9) דכתיב בלמ״ד אל״ף הכי נמי דלא הוא וכ״ת ה״נ והכתיב וּמַלְאַךְ פָּנָיו הוֹשִׁיעָם אלא לאו משמע הכי ומשמע הכי.

Jesaia 63, 9 בכל צרתם לו צר Talmudistarum iam tempore ut in nostris codicibus scribebatur לא, v. *Sota* fol. 31ª. (*Taanith* fol. 16ª secundum Keri לו צר legitur.)

Honestioria pro obscaenis [162]), tr. *Megilla* 25b: תנו רבנן כל המקראות הכתובין בתורה לגנאי קורין אותן לשבח כגון ישגלנה ישכבנה, בעפלים בטחורים, חריונים דביונים, לאכול את חוריהם ולשתות את מימי שיניהם לאכול צואתם ולשתות את מימי רגליהם, למחראות למוצאות (cf. Talmud. Hieros. *Megilla* cap. IV prope finem; tr. *Sopherim* IX, 8). ישגלנה Deut. 28, 30. cf. Jes. 13, 16. Zach. 14, 2. Jer. 3, 2; ובעפלים Deut. 28, 27. cf. I Sam. 5, 6. 12. 9. 6, 4. 5; חריונים II Reg. 6, 25; את חוריהם וגו׳ II Reg. 18, 27. Jes. 36, 12; למחראות II Reg. 10, 27.

Hi loci, quibus alii addi possunt [163]), docent lectiones קרי

162) Quoad haec lecta et scripta Karaei Rabbanitis non assentiebantur, v. *Wolfii* Bibl. Hebr. II, p. 523. 524. — Praeterea legatur de hoc Talmudis loco *Geiger*, Urschrift p. 407—410.

163) Praecipue e Midraschim; *Midr. Schmuel* f. 62, 3 de I Sam. 2, 9. 10. (*Havemann*, Hyle p. 475. 476).

nominatas originem non debere variae codicum scripturae. [164])

Plerumque Rabbini veteres Scripturam Sacram secundum τὸ קרי laudant; nonnumquam tamen, praesertim cum ex consonantibus τοῦ כתיב novam interpretationem elici posse existimant, τὸ כתיב sequuntur. [165])

Mischna sexies habet lectionem marginalem (קרי), bis τὸ כתיב. Loci sunt hi:

Lev. 9, 22 scribitur: וישא אהרן את ידו, Mischna *Sota* VII, 6 et *Tamid* VII, 2 ידיו.

Deut. 20, 7: ידינו לא שפכה את הדם Kethib; *Sota* IX, 6 sec. τὸ Keri שפכו.

I Reg. 6, 6: כ׳ היצוע, *Middoth* IV, 4 היציע.

Jes. 10, 13: כ׳ כאביר, *Jadajim* IV, 4 כביר.

Ezech. 43, 16: כ׳ והאראיל, *Middoth* III, 1 והאריאל. — Nullo horum locorum expositio Talmudica fundamentum habet in lectione Keri.

Job 13, 15: כ׳ לא, *Sota* V, 5 לו (v. p. 82).

Kethib servatur duobus locis:

Ex. 21, 8: כ׳ לא, *Bechoroth* I, 7 מצות יעידה קודמת למצות פְּדִיָּה שנאמר אֲשֶׁר לֹא יְעָדָהּ וְהֶפְדָּהּ. — In Gemara quoque, *Kidduschin* 17ª med., scribitur לא.

Jes. 10, 13: כ׳ ועתידותיהם, sic *Jadajim* IV, 4; Keri est ועתודותיהם, Vav ante Daleth. Hunc locum e memoria Doctor Mischnicus laudasse videtur, cum etiam pro שוסתי scripserit שושתי (v. infra § 15, I).

Ad extremum nonnulla afferre liceat de locis, quibus לא scribitur, לו legitur, cum de hoc קרי וכתיב multa quidem scripserint viri

164) De hac re v. *Jo. Andr. Danzius*, Sinceritas Scripturae V. T. praevalente Keri vacillans, Jenae 1713 (*Hasaei* et *Ikenii* Thesaur. p. 27—52). — In codicibus recentioribus non raro τὸ Keri in textum receptum est, ut in cod. Kenn. 36 (Bodl., Laud. E 22, v. *Uri*, cat. p. 7, XXX), cod. 39 (Bodl. 2271, 627, v. *Uri* p. 12, LIX), cod. 40 (Bodl. Arch. B 3009, 20, v. *Uri*, p. 13, LXII). — Minime igitur consentimus de Keri et Kethib cum Kennicotto, diss. gen. § 39, p. 73—75 (ed. *Bruns*).

165) Ruth 3, 3 כ׳ וירדתי, Midr. *Ruth Rabba* sect. V, fol. 47, 3 (Cracov. 1588 fol.), τὸ כתיב interpretantur; τὸ קרי est וירדת. — Lectio τοῦ כתיב citatur Talm. *Chullin* 68ª ex Levit. 11, 2, *Berachoth* 18ª fin. ex II Sam. 23, 20. (Hos duos locos primus laudavit *J. A. Danz*, l. l.)

docti [166]), nemo autem (quantum nos quidem scimus) locos Talmudicos collegerit.

Tract. *Sopherim* cap. VI: שלשה לא כותבים בלמ״ד אל״ף וקוראים בלמ״ד וי״ו, sc. Ex. 21, 8. Lev. 11, 21. 25, 30.

Lev. 11, 21 אַךְ אֶת־זֶה תֹּאכְלוּ מִכֹּל שֶׁרֶץ הָעוֹף הַהֹלֵךְ עַל־אַרְבַּע אֲשֶׁר לֹא כְרָעַיִם מִמַּעַל לְרַגְלָיו לְנַתֵּר בָּהֵן עַל־הָאָרֶץ; *Chullin* 65a: ר׳ אלעזר בר יוסי אומר אשר לא כרעים אע״פ שאין לו עכשיו ועתיד לגדל לאחר זמן.

Lev. 25, 30 בָּעִיר אֲשֶׁר לֹא חֹמָה, *Megilla* 10b init.: רבי אלעזר בר יוסי אמר אשר לוא חומה, אע״פ שאין לו עכשיו והיה לו קודם לכן; (*Megilla* 5b fin. אשר לו); *Erachin* fol. 32a: ת״ר ולא שור איגר סביב פרט לטבריא שימה חומתה, ר׳אלעזר בר יוסי אומר אע״פ שאין לו עכש׳ והיה לו קודם לכן. — Dubitari non potest quin Talmudistae utroque loco (Lev. 11, 21. 15, 30) לא (Lamed Aleph) in codicibus scriptum reppererint.

Psalm. 100, 3 הוּא עָשָׂנוּ וְלֹא אֲנַחְנוּ, Keri ולו, cf. Midrasch *Tillim* sect. C: דעו כי יהוה הוא האלהים. ר׳ יהודה בר סימון ורבי אחא. רבי יהודה בר סימון אמר דעו כי ה׳ הוא אלהים הוא עשנו לא אנחנו בראנו את נפשינו, לא כפרעה שאמר לִי יְאֹרִי וַאֲנִי עֲשִׂיתִנִי (Ez. 29, 3), ורבי אחא אמר דעו כי ה׳הוא אלהים הוא עשנו ולו אנו משלימים את־נפשותינו.

De tribus aliis locis (Ex. 21, 8. Jes. 63, 9. Job 13, 15) quid in Talmude dicatur, supra iam demonstravimus. Cf. etiam *Norzi* ad Ex. 21, 8. Lev. 25, 30. Jes. 49, 5. 63, 9. Psalm. 100, 3. Job 41, 4; *Norzi* et *Aben ʿEzra* ad Prov. 26, 2; *S. Frensdorff*, das Buch Ochlah W'ochlah (Hannov. 1864, 4to) sect. 105 (p. 98. 99) et Nachweise p. 30.

Multae aliae voces quibus est קרי וכתיב enumerantur in tr. *Sopherim*: VI, 6 לו Kethib, לא Keri [*Ochlah* [167]) sect. 106, p. 99; Nachweise p. 30]; VI, 7 יעואל scriptum, יעיאל lectum (Ochl. s. 146, p. 109; Nachw. p. 36); VII, 1 ו in fine vocis legitur, non scribitur (Ochl. s. 119, p. 102; Nachw. p. 32); scribitur non legitur (O. s. 120, p. 102; N. p. 32. 33); VII, 2 ה in fine vocis legitur, non scribitur (O. s. 111, p. 99. 100; N. p. 31); scribitur, non legitur (O. s. 112, p. 100; N. p. 31; de his locis cf. etiam *J. A. Danzius*, Sinceritas Scripturae Vis Ti eluctans, Jenae 1717, quae dissertatio iterum edita est ab *Hasaeo* et *Ikenio* in Thes. novo theol.-phil., 1732 fol., I p. 53—67); VII, 3 voces in binas dividuntur (O. s. 99, p. 96. 97; Nachw. p. 29); voces binae coniunguntur (O. s. 100, p. 97, N. p. 29); VII, 4 Vav scribitur, Jod legitur (O. s. 81, p. 86, N. p. 25).

Scripta et non lecta, lecta et non scripta [168]) commemorantur in tr. *Nedarim* 37b: אמר רבי יצחק... קריאן ולא כתיבן פרת דבְּלֶכְתּוֹ (II Sam. 8, 3) איש דכַאֲשֶׁר יִשְׁאַל־איש בִּדְבַר הָאֱלֹהִים (II Sam. 16, 23) באים דנִבְנְתָה (Jer. 31, 38) לה דפְּלֵיטָה (Jer. 50, 29) את דהֻגַּד הֻגַּד לִי (Ruth 2, 11) אלי דהַגֹּרֶן (Ruth 3, 5) אלי דהַשְּׂעֹרִים (Ruth 3, 17), הלין קריאן ולא כתיבן, וכתיבן ולא קריאן: נָא דיִסְלַח (II Reg. 5, 18) את [169]) דהַמִּצְוָה (Jer. 32, 11) ידרך דהַדֹּרֵךְ (Jer. 51, 3) חמש דפְּאַת־נֶגֶב (Ez. 48, 16) אם דכִּי גֹּאֵל (Ruth 3, 12) הלין כתיבן ולא קריאן. — Lecta et non scripta sunt sec. Masoram magn. (Deut. 1, 1. Ruth 3, 17, cf. tr. *Sopherim* VI, 8, *Ochlah* sect. 97, p. 96, Nachw. p. 28) decem: II Sam. 8, 3. 16, 21. Jer. 31, 38. 50, 29. Ruth 3, 5. 17. Jud. 20, 13 (v. *Norzi*). II Sam. 18, 20 (v. *Norzi*). II Reg. 19, 37 (v. *Norzi*). Jes. 37, 32 (v. *Frensdorff* Nachweise p. 28, *Norzi* de II Reg. 19, 31 cogitandum esse ait, v. adn. ad h. l.). Unum locum (Ruth 2, 11) omisit Masora, cf. *Norzi* qui Talmude laudato haec dicit: ודבר זה נפלא מאד בעינינו אדרבה איפכא אשכחן בסיפרי דילן ולא כתיב ולא קרי את כלל ועיקר רק הוא חילוף בין מערבמי ומדינחאי דלמדינחאי כתיב את כל אשר ולא קיימא לן כוותיידו.

166) *C. Vitringa* Observation. Sacrar. Libri VI (Lib. III cap. XIV—XIX: De variantibus codicis Hebraei lectionibus לא et לו; tom. I p. 694—774, Franeq. 1712, 4to); *J. C. Wolfius*, Bibl. Hebr. tom. II p. 521—523; *J. Engeström*, de lection. textual. et marginal. qua לו et לא, resp. P. Rubenius, Lond. Goth. 1740, 4to; *C. Aurivillius*, De varietate lection. vocum לא et לו in cod. Bibl., resp. B. Norlin, Upsal. 1780, 4to (idem libellus exstat in: C. Aurivillii dissertation. ad Sacras literas pertinent. c. praef. *J. D. Michaelis*, Gotting. 1790, 8vo).

167) Hunc librum laudamus quia *Frensdorffius* (in: Nachweise u. Bemerkungen) omnes locos Masorae in Bibliis Rabbinicis editae huc pertinentes diligenter collegit, qua ratione tractatus Sopherim multis locis emendandi facultas nobis data est.

168) De his lectionibus scripsit *Abraham Geiger*, Urschrift u. Uebersetzungen der Bibel, Vratislav. 1857, p. 254—257.

169) *Buxtorfius* Tib. p. 40 (ed. Bas. 1665, 4to) per errorem scribit „Deut. 6, 1 זאת דהמצוה"; Deut. 6, 1 legitur וזאת, in Talmude זאת, legendum est ואת. Sic ènim omnia bene se habent. ואת המצוה legunt Orientales Jer. 32, 11, Occidentales non habent nisi המצוה. Ita etiam librorum ordo servatur; alii R. Isaacum de Deut. 5, 28 cogitasse putant, v. *Norzi* ad Jer. 32, 11.

Masora parva h. h. למדנחאי את כל, cf. etiam indicem diversitatum inter Orientales et Occidentales (in fine Biblior. Rabb.).

Scripta et non lecta enumerantur in Masora magna (ad Ruth 3, 12, *Ochlah* s. 98, p. 96, Nachw. p. 28, 29; tr. *Sopherim* VI, 9 omittit נא [II Reg. 5, 18], את [Jer. 38, 16]) octo: II Reg. 5, 18. Jer. 51, 3. Ez. 48, 16. Ruth 3, 12, praeterea: II Sam. 13, 33 אִם. 15, 21 אִם. Jer. 38, 16 אֶת. 39, 12 אִם; omittitur in Masora et in tr. Soph. Jer. 32, 11 את דהמצוה. —

Commemorandum saltem est h. l., nonnullos Scripturae S. locos legi quidem Hebraice in Synagogis neque vero explicari Chaldaice, v. *Megilla* 25b, *Havemanni* Hyle p. 493 sqq.; *Geiger*, Urschrift p. 367—369.

III) *De ablatione scribarum.*

His lectionibus valde similes sunt eae quibus Rabbini nomen dederunt ablationi scribarum, עִטּוּר סוֹפְרִים. Sunt enim hae lectiones קריאן ולא כתיבן; de quibus alii aliter cum statuerent, Sopherim ita non esse legendum adnotarunt. Bene *A. G. Waehnerus* (Antiquitat. Ebraeor. Sect. I § 202, tom. I p. 109. 110): „Noli verborum sono deduci ut castratum per eos textum esse suspiceris. Nihil illi est demptum. Sed monuerunt tantummodo quinque in locis ubi praefixum ו, licet in sacro codice expressum non esset, vulgo tamen legeretur, id legi non debere. Ex vitiosa igitur lectione, non ex sacro codice, criticorum aliquid abstulit extrusio."[170]) Scribarum ablationis in Talmude mentio fit *Nedarim* 37b ubi *R. Isaac* haec: , (Gen. 18, 5) עטור סופרים אַחַר תַּעֲבֹרוּ אַחַר תֵּלֵךְ (Gen. 24, 55), אַחַר תֵּאָסֵף (Num. 31, 2), קִדְּמוּ שָׁרִים אַחַר (Ps. 68, 26) נֹגְנִים. — Cf. de his (Ps. 36, 7) צִדְקָתְךָ כְּהַרְרֵי־אֵל, locis Masoram magn. ad Ps. 36, 7; *Ochlah* s. 217, p. 128, Nachw. p. 46; *Norzi* ad Num. 12, 14; *Jo. Barthol. Lenz*, dissertatio de notis masorethicis, piska, tikkun sopherim et ittur sopherim, Vitemb. 1702; *J. Werchau*, De ablatione scribarum, Lips. 1715, 4to (idem opusculum in *Hasaei* et *Ikenii* Thesauro t. I p. 19—p. 26); *E. Trägård*, de ablationibus et ordinationibus scribarum in Masora notatis, resp. S. Trägård, Gryphisw. 1763, 4to; *Geiger*, Urschrift p. 251—254.

IV) *De Tikkun Sopherim.*

De locis quos Rabbini תִּקּוּן סוֹפְרִים vocant in Talmude ipso

170) Idem censet *Buxtorfius*, Tiber. (ed. 1665) p. 41.

quidem nihil reperimus, sed cf. *Mechilta* ad Exod. 15, 7; *Sifri* ad Num. 10, 35; *Tanchuma* (פ׳ בשלח) fol. 26, 1; Midr. *Bereschith Rabba* (ad Gen. 18, 22) sect. XLI fol. 54, 4 fin.: ואברהם עודנו עומד לפני יי׳. אמר רבי סימון תקון סופרים[171]) הוא זה (cf. comm. Matthan. Kehunnah h. l.); *Schemoth Rabba* sect. XIII fol. 128, 4: שנטלתי אותם בעולם ואמרתי כל הנוגע בהם כנוגע בבבת עינו. ר׳ יהושע אומ׳ תקון סופרים הוא עיני כתוב; *ibid.* sect. XXX fol. 146, 4 med.: לפי שחביבין ישראל בבת העין העליונה שנ׳ כי הנוגע בהם נוגע בבבת עינו. אלו הסופרים והחכמים שתקנו הסייג הזה; *ibid.* sect. XLI fol. 156, 1 init.: לא היה צריך לומר אלא ויי׳ עודנו עומד לפני אברהם תקון סופרים הוא.

Mas. magn. ad Num. 1, 1. Psalm. 106, 20; *Ochlah* s. 168, p. 113, Nachw. p. 37; *Buxtorfius*, Lex. Rabb.-Chald.-Talm. col. 2630—2632; *Th. Hackspan*, de usu libror. Rabbinic. p. 256. 325—327. 330 (append. ad l. Nizzachon, Altorf. 1644, 4to); *Bornitz*, de Thikkun Sopherim, Viteb. 1644; *Brianus Walton*, Prolegg. VII, 10; *J. H. Hottingerus*, Thesaur. Philol. p. 424 sq. *Jo. Meyerus*, de vero sensu Thikkun Sopherim, Harderovici 1689; 4to (Bibl. Univ. Lips., Exeg. App., Theol. 676), praeterea in *Hasaei* et *Ikenii* Thesauro, t. I p. 1—p. 18; *Dan. Cramerus*, Judicium Academicum de Th. Soph. (in Exercitationum fascic. II., Lugd. Bat. 1698, necnon in *Crenii* fascic. dissert. II p. 156 sqq.); *Franc. Hoedelhofer* (praes. *Kalinsky*) Originem observationum Masorethicarum תקוני סופרים, Lips. 1715, 4to; *A. G. Waehnerus*, Ant. Ebr. Sect. I § 203, tom. I p. 110. 111; *Jo. Paschius*, mysterium masorethicum de tikkun sopherim, Vitemb. 1684; *E. Trägård*, de ablat. et ordinat. (v. No III p. 85); *Norzi* in Minchath Schai ad Zach. 2, 12, cuius adnotationem Germanice vertit *Franz Delitzsch* (Der Prophet Habakuk, Lps. 1842, p. 206—208); *Abr. Geiger*, Urschrift p. 308 sqq. 384; *Abrah. Wedell*, de emendationibus

171) *Geiger*, Urschrift p. 331: Der Untergeordnete aber, so dachte man, steht vor dem Grösseren, nicht der Höhere vor dem Niedrigeren. Deshalb ist ... der ursprüngliche Text וה׳ עודני עמד לפני אברהם geändert worden in ואבר׳ ע׳ ע׳ ל׳ ה׳, und dass die erste LA. wirklich die richtigere ist, bestätigt nicht blos der ganze Zusammenhang, sondern bezeugen auch Talmud u. Midraschim. Zur Erklärung von 3 Mos. 19, 32 nämlich: Vor dem greisen Haupte ..., heisst es in j. *Bikkurim* 3, 3 אני הוא שקיימתי עמידת זקן תחלה, „ich Gott bin es der das Aufstehen vor dem Greise zuerst geübt habe", offenbar mit Beziehung auf unsere Stelle.

a Sopherim in libris sacris Veteris Test. propositis, diss. inaug., Vratislav. 1869 (Bibl. Univ. Lips., Exeg. Appar. [Theol.] 2378u), qui laudat *Kerem Chemed* IX (1856), *Raym. Martini* Pugionem fidei, *Z. Frankel* Vorstudien zu der Septuag. p. 172. 219, *Levy* chald. Wb. s. v. תקונא. [Geigeri iudicium de Wedellii libello v. in Jüd. Zeitschr. f. Wissensch. u. Leben 1870, p. 197—199].

V) *De punctis extraordinariis.*

Voces superne punctatae in scriptis Rabbinorum veterum haud raro commemorantur, primum in Mischna, tr. *Pesachim* IX, 2 רחקה Num. 9, 10. Decem voces Pentateuchi quae punctis instructae sunt enumerantur in Midr. *Bemidbar Rabba* ad Num. 3, 39, sect. III fol. 215, 4, cf. *Pirke de-Rabbi Nathan*[172]) c. 33, *Sifri* ad Num. 9, 10, tr. *Sopherim* VI, 3, Mas. magn. ad Num. 3, 39, *Ochlah* s. 96, p. 96, Nachw. p. 28; *E. S. Trågård*, de literis textus S. Hebraei insolitae quantitatis formae situs et punctationis, resp. O. Wacholm, Gryphisw. 1764, 4to.

1) Gen. 16, 5: יהוה ביני ובינך, Midr. *Bemidb.* l. l. שלא אמרה לו אלא על הגר בלבד. ויש אומרים על המטילים מריבה בינו לבינה.

2) Gen. 18, 9 אֵלָיו, Midr. *Bem.*: נקוד על אי״ו שבאליו שהיו יודעים היכן היא ומבקרים אחריה, Midr. *Bereschith* ad 18, 9, sect. XLVIII: ויאמרו אליו וגו׳. אל״ף יו״ד וי״ו נקוד, למ״ד אינו נקוד. א״ר שמעון בן אלעזר בכל מקום שאתה מוצא כתב רבה על הנקודה אתה דורש את הכתב, נקודה רבה על הכתב אתה דורש את הנקודה[173]) כאן שהנקודה רבה על הכתב אתה דורש את הנקודה: איו אברהם. א״ר עזריה כשם שאמרו איה שרה כך אמרו לשרה איו אברהם, cf. *Baba Mezi'a* 87a.

3) Gen. 19, 33 ובקומה, Midr. *Bem.* נקוד וא״ו שבאמצ׳ של ובקומה של בכירה, בשכבה לא ידע אבל בקומה ידע. *Beresch. Rab.* s. LI fol. 57, 3 et in Talm. tr. *Nazir* 23a eadem iisdem verbis narrantur, necnon tr. *Horajoth* fol. 10b; cf. *Hieronymum* (Quaest. in Gen.): „Appungunt desuper quasi incredibile et quod rerum natura non capiat coire quemquam nescientem."

172) De hoc loco scripsit neque vero nova attulit *S. Stern* in בית המדרש, Vindob. 1865, p. 58—62.

173) Idem praeceptum R. Simeonis legitur *Beresch. Rab.* ad Gen. 33, 4, sect. LXXVIII fol. 87, 3; *Schir ha-schir. Rab.* ad Cant. 7, 5, fol. 35, 1 (ed. Cracov. 1588, fol.). Quae verba quomodo intellegenda sint docet *H. S. Hirschfeld*, d. hagadische Exegese, Berol. 1847, p. 372. 373.

4) Gen. 33, 4 וַיִּשָּׁקֵהוּ, Midr. *Bem.* l. l. וישקהו נקוד עליו על שלא נשקו מכל לבו, *Beresch. Rab.* sect. LXXVIII fol. 87, 3. 4: נקוד עליו. אמר ר׳ שמעון בן אלעזר בכל מקום שאתה מוצא הכתב רבה על הנקודה אתה דורש את הכתב, הנקודה רבה על הכתב אתה דורש את הנקודה. כאן לא כתב רבה על הנקודה ולא נקודה רבה על הכתב, אלא מלמד שנכמרו רחמיו באותה שעה ונשקו בכל לבו. אמר לו רבי ינאי: אם כן למה נקוד עליו, אלא מלמד שלא בא לנשקו אלא לנשכו ונעשה צוארו של אבינו יעקב של שש וקהו שיניו של אותו רשע ומה תלמוד לומר ויבכו אלא זה בוכה על צוארו וזה בוכה על שיניו. ר׳ אבהו בשם ר׳ יוחנן מייתי לה מן הכא (שיר ז׳) צַוָּארֵךְ כְּמִגְדַּל הַשֵּׁן וגו׳. Midr. *Schir ha-schirim Rab.* (ad 7, 5; fol. 35, 1) eadem paucis verbis mutatis leguntur.

5) Gen. 37, 12 אֶת, *Bem.* l. l.: למה נקוד על את, מלמד שלא הלכו לרעות אלא לאכול ולשתות ולהתפתות. *Beresch. Rab.* h. l. sect. LXXXIV, fol. 94, 2 init.: ונקוד על את לומר שלא הלכו אלא לרעות את עצמן.

6) Num. 3, 39 ואהרן, (sic Hooght, Michaelis, alii), *Bem.* l. l.: יא״ר של ואהרן נקוד על שלא היה א׳ מן המנין, cf. etiam Talm. tr. *Bechoroth* 4a.

7) Num. 9, 10 רחקה, supra ה punctum habent Michaelis, Athias, alii, cf. Mischna[174]) *Pesachim* IX, 2: אי זו היא דרך רחקה? מן מדויעין ולחוץ וכמדתה לכל רוח דברי עקיבא. ר׳ אלעזר אומר מאיסקופת העזרה ולחוץ. אמר ליה ר׳ יוסי לפיכך נקוד על ה׳, לומר לא מפני שרחוק ודאי אלא מאיסקופת העזרה ולחוץ; Masora quoque ה punctari iubet, v. *Norzi* h. l.; aliter statuit *Bemidb. Rab.* l. l.: נקוד על חי״ת של רחקה, מלמד שלא היה דרך רחוק׳ אלא מן אסקופת העזרה ולחוץ.

8) Num. 21, 30 אשר, *Bem.* l. l.: נקוד על רי״ש שבאשר שאף מלהלן היה כן. וי״א מלמד שלא החריבו האומות אלא מדינות.

9) Num. 29, 15 ועשרון, *Bem.* l. l.: נקוד על עשרון אחד ראשון של פסח, מלמד שלא היה שם אלא עשרון אחד בלבד; error autem inest his verbis, v. *Norzi* in Minchath Schai h. l.: ועשרון דיום ראשון של חג, נקוד על ו״או בתראה מסורת ואבות דר׳ נתן; cf. etiam *Menachoth* fol. 87b.

10) Deut. 29, 28 לָנוּ וּלְבָנֵינוּ עַד־עוֹלָם, *Bem.* l. l.: למה נקוד על לנו ולבנינו ועל עי״ן שבעד? אמר להם עשיתם גלויים אף אני אודיע לכם את הנסתרות, cf. Talm. tr. *Sanhedrin* 43b fin.: למה נקוד על

174) De hoc loco v. *Geiger*, Urschrift p. 185—187.

לנו ולבנינו ועל עי"ן שבעד? מלמד שלא ענש על הנסתרות עד שעברו ישראל את הירדן. (Talmud de Achano cogitat qui iam antea aliena bona in suum usum convertisse dicitur, cf. *Norzi* ad Jos. 7, 21).

11—14) De punctatione extraordinaria vocum וְיֵצֵא (II Sam. 19, 20), הֵמָּה (Jes. 44, 9), הַהֵיכָל (Ez. 41, 20), מְהֻקְצָעוֹת (Ez. 46, 22) nihil in antiquis Rabbinorum scriptis legitur; neque vero est cur has voces Talmudistarum tempore punctatas fuisse negemus, cf. *H. S. Hirschfeld*, d. hagad. Exegese, p. 373: „Von vielen punctirten Buchstaben der Schrift kommt gar keine Deutung vor; gewiss sagt die Schrift da mehr aus, weshalb die Puncte nicht beachtet wurden; wenigstens ist meines Wissens der erste Theil der Regel[175] zur Anwendung nicht angeführt, weil die Schrift ihr einfaches Recht in solchen Fällen behält u. die Puncte unbeachtet bleiben. Die Puncte werden nur ausgelegt, wenn ihnen ein Sinn, der geeignet scheint, untergelegt werden kann." — De his 4 vocibus cf. *Surenhusius*, *βίβλος καταλλαγῆς*, p. 73.

15) Psalm. 27, 13 לוּלֵא (Sic editiones fere omnes), Talm. tr. *Berachoth* 4^{a}: ודוד מי קרי לנפשיה חסיד. והכתיב לוּלֵא הֶאֱמַנְתִּי לִרְאוֹת בְּטוּב־יְהוָֹה בְּאֶרֶץ חַיִּים. ותנא משמיה דרבי יוסי למה נקוד על לולא? אמר אמר דוד לפני הק"בה רבונו של עולם מובטח אני בך שאתה משלם שכר טוב לצדיקים לעתיד לבא, אבל איני יודע אם יש לי חלק ביניהם ואם לאו שמא יגרום החטא, i. e. לוּלֵא sine punctis est nisi, punctatum dubitandi significationem habet. — *Baer* in Psalterio (Lips. 1861) p. 130: „לולא cum tribus punctis supra, quatuor infra, uti Ben-Ascheri Masora (Bibl. Rabb. Venet. 1517) postulat .... Vav caret puncto."

De origine et significatione punctorum horum nihil pro certo affirmari potest. Rabbini Ezram puncta vocibus supra allatis addidisse aiunt, v. *Bemidbar Rabba* ad Num. 3, 39, sect. III fol. 215, 4: ויש אומרים למה נקוד אלא כך אמר עזרא: אם יבא אליהו ויאמר למה כתבת אותן אומר לו כבר נקדתי עליהן ואם יאמר לי יפה כתבת כבר אמחוק נקודותיהן. (Eadem leguntur in *Aboth de-Rabbi Nathan* c. 33). Ex quo loco nihil discimus nisi puncta illa multis iam annis ante Talmudistarum tempora nota fuisse. — Nunc plerique punctis lectionem variam vel corruptam significari existimant[176],

175) בכל מקום שאתה כו׳, v. p. 88 (Gen. 18, 9).

176) Hanc significationem punctis nonnumquam in codicibus Samarit. esse docuit *Guil. Gesenius*; cf. etiam *Blanchini* Evangeliarium quadruplex, tom. II, 2, p. 502.

v. *Hüpeden*, neue wahrscheinliche Muthmassung von der wahren Ursache der ausserordentlichen Punkte, Hanov. 1751, § 4 sq.; *M. Hillerus*, de arcano keri et kethib, Tubing. 1692, p. 156; *Abr. Geiger*, Lehrbuch der Mischnah, Vratislav. 1846, II p. 87. 88; *idem*, Urschrift p. 257—258. Sed hac de re pluribus disserere nolumus; nobis enim hoc loco quae Talmudistis nota fuerint dicere satis est.

VI) *De Nunin* נ נ *inversis.*

Ante Num. 10, 35 et post 10, 36 reperitur in textu Sacro Nun inversum, cuius rei iam Barajtha (tr. *Sabbath* 115^{b}. 116^{a}) mentionem facit his verbis: תנו רבנן וַיְהִי בִּנְסֹעַ הָאָרֹן וַיֹּאמֶר מֹשֶׁה פרשה זו עשה לה הק"בה סימניות מלמעלה ומלמטה לומר שאין זה מקומה. רבי אומר: לא מן השם הוא זה אלא מפני שספר חשוב הוא בפני עצמו. כמאן אזלא הא? דא"ר שמואל בר נחמן א"ר יונתן חָצְבָה עַמּוּדֶיהָ שִׁבְעָה (Prov. 9, 1) אלו שבעה ספרי תורה. De his Nunin cf. *Buxtorfii* Tiberiad. (ed. 1665, 4^{to}) p. 153. 154 et filii adnotationem p. 156 sq. — De causa inversionis nihil constat[177]; valde autem probabile est antiquissimis iam temporibus has voces ut in itinere Israelitarum saepe a Mose usitatas ideoque magni aestimatas uncis a ceteris Paraschis separatas esse, ut quisque hanc Parascham proprie saepius scribi debuisse intellegeret. Postea nonnulli tantum auctoritatis his duobus versibus tribuerunt ut eos totius libri vice esse putarent (v. locos e Midraschim supra [p. 73] laudatos).

De Psalm. 107. v. *Rosch ha-schana* 17^{b}.

VII) *De Vav keti'a Num.* 25, 12.

In Talmude, tr. *Kidduschin* 66^{b}: בעל מום דעבודתו פסולה מנלן? אמר רב יהודה אמר שמואל דאמר קרא לָכֵן אֱמֹר הִנְנִי נֹתֵן לוֹ אֶת־בְּרִיתִי שָׁלוֹם כשהוא שלם ולא כשהוא חסר, והא שָׁלוֹם כתיב, אמר רב נחמן וי"ו דשָׁלוֹם קטיעה היא; Latine haec verba exstant in *Buxtorfii* Tiber. p. 148. De figura huius literae (quae non est parva sed abscissa שלים) multa disputarunt *Lonzano* et *Norzi* ad h. l.

VIII) *Mem clausum sive Mem finale in media voce*, *Jes.* 9, 6 לםרבה.

Bar Kappara in Talm. tr. *Sanhedrin* 94^{b} haec ait: מפני מה כל מ"ם שבאמצע תיבה פתוחה וזו סתומה? בקש הק"בה לעשות חזקיה

177) Nolim assentiri *Geigero* (Jüdische Zeitschrift für Wissensch. u. Leben, I, 120 [1862]. III, 79—82 [1864/65]) nec *Böttchero* (Hebr. Gram. I, p. 46 not 1, § 85) qui haec verba olim a criticis ut reicienda uncis inclusa esse dicunt.

משיח וסנחריב גוג ומגוג... לכך נסתם., R. Hillel autem (l. l. 98 b) ex hoc Mem finali Hiskiam revera fuisse Messiam colligit.

IX) *De literis suspensis.*

Nun suspensum מנשה, Jud. 18, 30; Talm. *Baba Bathra* 109 b; v. *Buxt.* Tiber. p. 155, *Kennicott.* diss. gen. § 21 (p. 40. 41 ed. Bruns), *Bertheau* ad h. l.

ʿAjin suspensum רשעים, Job 38, 15; Talm. *Sanhedrin* 103 b; v. *Buxt.* Tiber. p. 160, *Havemanni* Hyle p. 487. 488.

ʿAjin suspensum מיער, Psalm. 80, 14. Haec litera Talmudistis media est in Psalmis, v. *Kidduschin* fol. 30b (quem locum p. 11 laudavimus).

De his literis legas: *Geiger*, Urschrift p. 258. 259. 494; *Geiger*, jüdische Zeitschrift III, 82. 231.

X) *Literae maiusculae et minusculae.*

Literarum ceteris maiorum vel minorum in Talmude ipso apertis verbis mentio non fit. Nonnullae commemorantur in tr. *Sopherim* cap. IX ut:

ו maiusculum Lev. 11, 42: וי״ו דגחון צריך להיות זקוף שהיא חצי אותיות של תורה.

י maiusculum in יִגְדַּל Num. 14, 17;

ל (vocis ישראל) maiusculum Deut. 34, 12;

ל maiusculum Deut. 29, 27: למ״ד דוַיַּשְׁלִכֵם צריך שיהא ארוך;

י minusculum Deut. 32, 18: יו״ד של תֶּשִׁי צריך להיות קטון מכל יו״ד שבמקרא, cf. Midr. *Vajikra Rabba* sect. XXIII fin., fol. 192, 3: יו״ד זעירא ולית בקרייה כוותה. — Quod attinet ad ו vocis ויזתא (Esther 9, 9), viri docti non consentiunt inter se. In Talmude tr. *Megilla* 16b haec leguntur: אמר ר׳ יוחנן וי״ו דויזתא צריך למימתחיה בזקיפא כמורדיא דלברות מאי טעמא כולהו בחד זקיפה אזדקיפו כו׳. Plura de hac litera v. in *Minchath Schai* ad Esth. 9, 9.[178]) Praeter

178) *J. H. R. Biesenthal* Lipsiensis, cuius doctrina haud raro in hac dissertatione scribenda adiutus sum, de his verbis haec mecum communicavit. „Die Stelle Megilla 16b findet sich auch Baba Meziʿa 87a, wo es heisst: wenn Jemand einen Arbeiter miethet unter der Bedingung ihm zu geben פת וקטניות Brod u. Erbsen, dann aber behauptet nur versprochen zu haben פת קטניות Erbsbrod etc. Als Lehre wird angegeben in solchen Fällen das ו deutlich u. gross zu schreiben צריך לממתחיה בזקיפא כמורדיא דלברות. Raschi zu Megilla erklärt זקיפא: forca בלעז mit dem Zusatz בעץ אחד זה למטה מזה. In Meg. handelt es sich nicht um die Länge des Schaftes des ו, sondern um das Haupt des ו. Das ו soll so: ∛ oder ⋛ gezeichnet werden, gleich einem Holz, an dem drei über einander hangen. Um מורדיא דלברות handelt es sich in Bab. Mez., daher wird es dort von Raschi erklärt. Seine Erklärung ist wörtlich aus *Aruch* s. v. מרד. מורדיא wird gewiss richtig erklärt „Ruderstange, Schiffshaken.“ Aber לברות als Name eines Schilfteichs oder Schilfstroms giebt keinen Sinn. Man muss lesen לברניות (liburnae), das Onkelos V. Mos. 26, 28 für אֳנִיּוֹת setzt; oder man lese כמור׳ דִּדְבְרוֹת „wie Haken der Holzflösse.“ So erhalten wir eine zwar hyperbolische, aber nicht unmögliche Bezeichnung eines grossen ו.“

haec in scriptis Rabbinorum veterum nihil de literis maioribus vel minoribus: neque vero quin aliae quoque Talmudistarum tempore notae fuerint dubitamus: והתגלח (Lev. 13, 33) cuius ג nunc maiusculum, medius est Legis versus, v. tr. *Kidduschin* fol. 30b (v. supra Lib. I § 1, p. 11). — De ה primo vocis הליהוה Deut. 32, 6 conf. *Geiger*, jüdische Zeitschr. für Wissensch. u. Leben III, 82. 87—90, qui l. l. nonnulla quae huc pertinent collegit. — De literis maiusculis postea in codice Sacro scriptis v.: *J. Engeström*, de litteris Massoreth. רבתי, resp. P. Hinström, Lond. Goth. 1738, 4to; Masor. magn. ad Gen. 1, 1. I Chron. 1, 1, *Ochlah W'ochlah* s. 82. 83 p. 88, Nachw. p. 25; *Geiger* in *Ozar Nechmad*, II, p. 87—89 (Vindob., ed. Blumenfeld); de literis minusc. v.: Masor. magn. ad Lev. 1, 1.; *Ochlah* sect. 84, p. 89, Nachw. p. 25. 26.

XI) *De spatiis inter voces singulas.*

Nomina propria in alloquio bis adhibita brevi spatio separantur, ut אברהם אברהם Gen. 22, 11; יעקב יעקב Gen. 46, 2; שמואל שמואל I Sam. 3, 10, quibus locis in textu Masorethico est פסק. Non est spatium Exod. 3, 4 משה משה, v. Midr. *Schemoth Rabba* sect. II fol. 120, 3: אתה מוצא באברהם אברהם יש בו פסק. יעקב יעקב יש בו פסק. שמואל שמואל יש בו פסק. אבל משה משה אין בו פסק. למה כן? משל לאדם שנתן עליו משאוי גדול וקורא פלוני פלוני קרובי פרוק מעלי משוי זה כו׳, cf. etiam *Norzi* ad Exod. 3, 4.

XII) *De literarum figuris.*

De elementis sive de scriptura quadrata ut aiunt plura dicere huius libri non est, cum nemo eam iam ante tempora Talmudica in usu fuisse neget, v. *Hupfeld*, Studien u. Kritiken, III (1830), p. 249—301. Adde quae *Chwolson* nuperrime de inscriptionibus sepulcralibus in Tauride repertis scripsit (18 hebräische Grabschriften aus der Krim, Petersburg. 1865 [Cf. *M. Steinschneider* Hebr. Bibliographie, Berol. 1864, p. 109—111. 1870, p. 139. 140. — Praeterea v. Literar. Centralblatt 1866, No 21; *Geiger*, Jüd. Zeitschrift III, 128—133. 237. IV, 214 sqq.]). — Quod attinet ad

punctorum vocalium et accentuum originem v. *Hupfeld* l. l. p. 785—816 et X (1837). p. 830—886, cuius dissertationem nunc *Graetzii* de historia Judaeorum libro (vol. V) usus nonnullis locis corrigere potes.

XIII) *De literarum ornamentis.*

De literarum ornamentis s. de coronulis (תגין, כתרים) agitur *Menachoth* 29[ab]. *Sabbath* 89[a]. 105[b]. — Sepher Taghin, Liber coronularum [e codice Bibl. Imper. Paris.] .. edidit *J. J. L. Bargès*, Lutet. Paris. 1866, 16vo.

§. 15. Index locorum Vis Ti qui in Talmude aliter leguntur atque in Bibliis nostris exstant.

In fine huius libri nonnullos locos Vis Ti quos Talmudistae aut re vera aliter legerunt aut certe aliter legisse videntur atque in Bibliis editis et manu scriptis exstant enumerabimus, ut ea quae in paragraphis antecedentibus diximus illustrentur et comprobentur.

I) Verba Biblica in **Mischna** laudata diligenter cum codice sacro comparavit *Frommannus* ex cuius Opusculis Philologicis[179]), cum non nisi raro emptione parari queant, ea quae maioris sunt momenti nonnullis adnotationibus additis afferemus. — Ad vocales quod attinet Frommannus (p. 17) fatetur sibi duo tantum „in promptu esse ex Mischna loca, satis plana nempe et extra omnem dubitationem posita“, sc. II Sam. 15, 6: וַיְגַנֵּב אַבְשָׁלֹם אֶת־לֵב אַנְשֵׁי יִשְׂרָאֵל (*Sota* cap. I § 8 ריגנוב) et Lev. 11, 33: וְכָל־כְּלִי־חֶרֶשׂ אֲשֶׁר יִפֹּל מֵהֶם אֶל־תּוֹכוֹ כֹּל אֲשֶׁר בְּתוֹכוֹ יִטְמָא, de quo loco R. Akiba (*Sota* cap. V § 2): אינו אומר טמא אלא יטמא לטַמא אחרים, לימד על ככר שני שמטַמא את השלישי. Frommannus haec: „Haec verba R. Akiba eo consilio protulisse dicitur ut ex iis probaret rem pollutam secundi gradus polluere rem tertii gradus ..., legit igitur יְטַמֵּא Piel itaque intellexit Mosem: „„quod omne quod in tali vase sit alias res itidem polluat et immundas reddat.““ Certe si dixisset R. אינו אומר טמא אלא יְטַמֵּא nihil plane dixisset, ad rem propositam quod facere ullo modo potuisset.“ *Jost* quoque et omnes fere Mischnae interpretes R. Akibam יְטַמֵּא pronuntiasse putant; melius autem, quia ingenio interpretationum Talmudicarum con-

179) tom. I p. 1—46: „An variae lectiones ad Cod. Vis Ti colligi possint e Mischna.“ — Primum edita est haec dissertatio Coburgi, 1760, 4to.

venientius iudicasse mihi videtur *Abraham Geiger* (Lehr- u. Lesebuch zur Sprache der Mischnah, Vratislav. 1845, tom. II p. 96): „Ak. findet jedoch den Ausdruck יטמא, für den ebensowohl das Part. טמא stehn könnte — obgleich gewöhnlich nur im Zusammenhange der Rede וטמא vorkommt, als Perf. mit Waw convers., nicht aber das Part. — auffallend, und er glaubt deshalb in dem Fut. eine Andeutung zu finden, dass nicht blos das zu der Zeit in dem irdnen Gefässe Befindliche unrein sei, sondern auch noch andere Gegenstände unrein sein werden, welche dann das dort Befindliche berühren.“ Nulla igitur est ratio quae R. Akibam יְטַמֵּא legisse evincat. Sed concedamus legisse: nullo modo ex hoc colligi potest praeter R. Akibam alios יְטַמֵּא pronuntiasse.

Saepius in consonis Mischna a Bibliorum textu qualis hodie exstat differt.

Lev. 25, 36 אַל־תִּקַּח מֵאִתּוֹ, *Baba Mezi'a* c. V § 11 ממנו. 1

Num. 28, 5 וְאָמַרְתָּ אֲלֵהֶם, *Taanith* c. IV § 2 אליהם. 2

Num. 32, 22 וִהְיִיתֶם נְקִיִּם, *Schekalim* c. III § 2 נקיים. 3

Deut. 24, 19 לֹא־תָשׁוּב, *Pea* c. VI § 4 בל־תשוב (ter). 4

Jos. 8, 33 Verba וְכָל־יִשְׂרָאֵל usque ad לָאָרוֹן laudantur 5
Sota c. VII § 5 sed pro ושוטרים scribitur ושוטריו; neque vero
hoc mirum, cum antecedat וּזְקֵנָיו, sequatur ושופטיו.

Jes. 10, 13 שׁוֹשֵׁתִי, *Jadajim* c. IV § 4 scribitur שׁוֹסֵתִי; 6
in Bibliis (uno loco Jes. 10, 13 excepto) semper legitur שסה
cum Samech.

Ezech. 46, 21 אַרְבַּעַת מִקְצוֹעֵי, *Middoth* c. II § 5 sic: 7
אַרְבַּע מקצעות, quod non mirum cum in v. 22., qui una cum
v. 21. laudatur, מקצעֹת scriptum sit.

Amos 9, 14 וְשַׁבְתִּי אֶת־שְׁבוּת עַמִּי יִשְׂרָאֵל, *Jadajim* c. IV 8
§ 4 post ישראל additur ויהודה. Hunc locum et sequentem
Frommannus non laudavit. (De Am. 9, 14 v. infra No 55).

Maleach. 3, 16 וַיִּכָּתֵב סֵפֶר זִכָּרוֹן לְפָנָיו, *Aboth* c. III, 3 9
in nonnullis Mischnae editionibus est בספר.

Maleach. 3, 23 הִנֵּה אָנֹכִי שֹׁלֵחַ לָכֶם אֵלִיָּה הַנָּבִיא, *'Edu-* 10
joth c. VIII § 7 הנני שלח לכם את אליהו הנביא. Rabbini
veteres cum persaepe Eliae prophetae mentionem faciant[180]) dubitari nequit quin haec verba non e libro sed memoria freti laudarint.

180) *Bemidbar Rab.* sect. III fol. 215, 4 (ad Num. 3, 39); *Aboth de-Rabbi Nathan* c. 33; permultis aliis locis.

11 Psalm. 68, 27 אֱלֹהִים אֲדֹנָי, *Berachoth* c. VII § 3 pro אדני scribitur יהוה. Eadem lectionis diversitas est Thren. 5, 21 inter Occidentales (יהוה) et Orientales (אדני). [v. supra p. 38].

12 Hiob 1, 1 וְהָיָה הָאִישׁ הַהוּא תָּם וְיָשָׁר וִירֵא אֱלֹהִים, *Sota* c. V § 5 שנ׳ איש תם וישר ירא אלהים. R. Josuam cum haec verba afferret codice Biblico usum non fuisse ex eo apparet quod pro והיה האיש ההוא non nisi איש scriptum est.

13 Prov. 22, 28 אַל־תַּסֵּג גְּבוּל עוֹלָם אֲשֶׁר עָשׂוּ אֲבוֹתֶיךָ, *Pea* c. V, § 6: מי שאינו מניח את־העניים ללקוט ... הרי זה גוזל את־העניים. על זה נאמר אַל תַּסֵּג גְּבוּל עוֹלִים; c. VII, § 3: המניח את־הכלכלה תחת הגפן בשעה שהוא בוצר הרי זה כו׳. Eadem lectio in Midr. *Tanchuma* פ׳ וישלח necnon in Talmude Hierosolymitano ubi haec: רב ירמיה ורב יוסף. חד אמר אלו עולי מצרים וחרנה אלו שירדו מנכסיהן לסמיא צווחין סגיא נהורא. Posteriorem interpretationem secuti sunt *Norzi* (Minchath Schai h. l.) et *Jostius* (Mischna I fol. 16b) qui vertit אמפארקעממליגגג. *Fromm.* (p. 14) de hac Mischna: „R. Moses b. M. in comm. ad h. l. hanc Mischnam non tam ad lectionis varietatem quam usum allegoricum istum refert, quo Rabbini haud raro verba Scripturae paullulum immutant aliterque legunt, non ut textum hebraicum hoc ipso emendare velint, sed ut ad scopum suum illum inflectant.“ (De quo usu vide sis quae supra p. 66 sqq. congessimus).

14 II Chron. 28, 15 וְכָל־מַעֲרֻמֵּיהֶם הִלְבִּישׁוּ מִן הַשָּׁלָל וגו׳. Hic versus una cum sequenti laudatur *Sota* c. VIII § 1, sed pro הלבישו legitur הלבישום.

Horum versuum plurimi procul dubio nullo codice sacro adhibito a Rabbinis laudati sunt (Deut. 24, 19. Mal. 3, 23. Hiob 1, 1), alii non nisi in ὀρθογραφίᾳ a Bibliis manu scriptis et editis differunt (Num. 28, 5. 32, 22. Jes. 10, 13). Ut paucis quid existimem dicam: non affirmare ausim vel unum Vis Ti locum e Mischna emendari posse.

II) Multo pluribus locis **Gemara** aliam lectionem atque eam quae nunc legitur in codice sacro aut secuta est aut certe secuta fuisse videtur. Primi inter Christianos multos locos Vis Ti in Talmude laudatos cum textu Biblico comparaverunt ideoque iudicium de lectionibus variis e Talmude petendis ferre potuerunt *Buxtorfii*. Filii (Anticritica, Part. II, cap. XII, p. 808) sententiam afferemus, quia omnes fere, qui post eum de Tal-

mudis usu critico dixerunt, praeter *Chajimi* praefationem (Bibl. Rabb. Venet. vol. I) [181]) non nisi Buxtorfiorum libris, idque raro tantum auctorum nomina commemorantes, usi sunt, unde sequitur ut hoc uno laudato multi alii Christianorum libri silentio praeteriri possint. Haec scribit Buxtorfius: „publice dico ac scribo inveniri quidem in Talmud quod Gemara in quibusdam locis dissentiat a Masora, hoc est lectione in nostris codicibus recepta, sed in locis paucissimis et nullius momenti, quoad scriptionis dumtaxat accidens, quo, sive hoc sive illo, modo scribatur, ne hilum quidem interest, veluti in vocibus plene vel defective scriptis, h. e. cum Jod vel sine eo, cum Vav vel sine eo“ [182]). Paullo post haec addit (p. 809): „Ceterum quoad ipsius voces et sententias assero nullum in Talmud adduci locum aliter et alio sensu quam secundum nostrorum librorum, nedum secundum eam lectionem quam veteres interpretes repraesentant.“ — Erravit quidem Buxtorfius in eo quod numquam versum Biblicum „in Talmude adduci aliter et alio sensu quam secundum nostrorum librorum lectionem“ contendit; multo magis autem ii erraverunt, qui persaepe Talmudem aliam lectionem sequi putarunt. Qua de re lecturi ut ipsi iudicare possint, locos aliquot Vis Ti in Gemara laudatos enumerabimus.[183])

---

181) Hanc praefationem utilissimam paucis ante annis edidit *Christian David Ginsburg* (R. Jacob ben-Chajim: Introduction to the Rabbinic Bible with an English Translation and notes, London 1865).

182) Exempla quae affert prope omnia iam a Chajimo laudantur.

183) Cum omnes fere qui sequuntur locos congessissemus, in *Ephemeridibus Hebraicis* (*Zion*, I p. 100—102. 133. 134, Francof. ad M. 1840/41) lectionum variarum enumerationem repperimus, in qua cum loci haud pauci a nobis collecti tum nonnulli alii afferebantur, quos Talmude evoluto paragrapho huic inseruimus. — De lectionibus in Talmude occurrentibus praeter ea quae infra dicemus legantur *Schorr*, He-chaluz (Wissenschaftl. Abhandlungen über jüd. Gesch., Liter. u. Alterthumskunde, Lemberg., I p. 97—116. II p. 56); *Jesaia Berlin*, הפלאה שבערכין s. v. מאה (Additamenta zu Natan ben-Jechiel's Lexicon „Aruch“ von *R. Jes. B.*, ed. *L. Rosenkranz*, ה—ל, Vindob. 1859, fol. 4b. 5a); *Abr. Geiger*, Jüdische Zeitschrift tom. IV (1866), p. 43. 99 sqq. 165—171; *Jac. Reifmann* in Ha-Karmel 1871, p. 128. 129 (ed. *S. J. Fünn*, Vilnae, 8vo).; *Sam. Rosenfeld*, ספר חקת התורה, Vilnae 1866, 4to (quo de libro alio loco plura dicere nobis in animo est). — E Targumim et Midr. Tanchuma locos adducere noluimus. Multorum mentio fit in *Zion* l. l. necnon in He-chaluz l. l.

15 Gen. 7, 8 מִן־הַבְּהֵמָה הַטְּהוֹרָה וּמִן־הַבְּהֵמָה אֲשֶׁר אֵינֶנָּה טְהֹרָה, *Pesachim* 3a לעולם אל יוציא אדם דבר מגונה מפיו, שהרי עקם הכתוב שמונה אותיות ולא הוציא דבר מגונה מפיו, שנאמר מן הבהמה הטהורה ומן הבהמה אשר איננה טהורה. Vox הטמאה quinque elementis cum constet, אשר איננה טהרה non nisi duodecim, sequitur ut Talmudistae טהורה (plene) legerint. (cf. *Norzi* ad Gen. 7, 8).

16 Gen. 7, 23 מֵאָדָם עַד־בְּהֵמָה, *Berachoth* 61a ועד.

17 Gen. 15, 2; *Berachoth* 7b fin.: א״ר יוחנן משום ר״ש בן יוחי מיום שברא הק״בה את העולם לא היה אדם שקראו אדון עד שבא אברהם וקראו אדון שנאמר (Gen. 15, 8) וַיֹּאמַר אֲדֹנָי יֱהוִה בַּמָּה אֵדַע כִּי אִירָשֶׁנָּה, sed iam Gen. 15, 2 legitur ויאמר אברם אדני יהוה. Minime vero textum Biblicum illo tempore alium ac nunc fuisse putandum est, cf. *Tosaphoth Ber.* l. l.

18 Gen. 25, 6 ולבני הפילגשים אשר לאברהם. De hoc versu in *Bereschith Rab.* sect. LXI fol. 67, 4 (quo loco quaeritur utrum una an plures concubinae Abrahamo fuerint): אמר ליה והכתיב ולבני הפילגשים אשר לאברהם. אמר ליה פילגשם כתי׳. Libri manu scripti et Judaeorum viri docti fere omnes פילגשים cum Jod ante Mem legendum esse censent.

19 Gen. 35, 18 בנימין plene, v. *Norzi*; Jod post Mem praeterea est in Genesi 42, 4 (v. *Norzi*). 43, 14. 16. 29. 45, 12 (v. *Norzi*). 49, 27 (v. *Norzi*). *Sota* 36b, quo loco Gen. 49, 27 בנימין זאב יטרף disputant, haec leguntur: אלא כל התורה כולה בנימן כת׳ והכא בנימין שלם quae verba nos adducunt ut illo tempore Gen. 35, 18. 42, 4. 43, 14. 16. 29. 45, 12 בנימן scriptum fuisse censeamus.

20 Exod. 12, 3 עֲדַת יִשְׂרָאֵל, *Pesachim* 6b עדת בני ישראל. Sam., Syr., LXX quoque בני legisse videntur. In Talmudibus Pragae et Vindobonae editis בני omittitur.

21 Exod. 12, 6 אַרְבָּעָה עָשָׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ הַזֶּה, ʿ*Arachin* 13b לחדש הראשון.

22 Exod. 13, 16 טוֹטָפֹת; Deut. 6, 8 טֹטָפֹת; 11, 8 טוֹטָפֹת; *Sanhedrin* 4b לטטפת לטטפת לטוטפות הרי כאן ארבע דברי רבי ישמעאל. רבי עקיב׳ אומ׳: אינו צריך, טט בכתפי שת׳ פת באפריקי שתים. Eadem exstant *Sebachim* 37b. Uno igitur certe loco R. Ismael legit טוטפות plene i. e. cum ו inter פ et ת. (Multa de hoc loco v. apud *Norzi* ad Dt. 11, 18 et ap. *Lonzano* ad Deut. 11, 18).

Exod. 25, 31 תיעשה cum Jod. Hunc locum eam tantum ob causam hic commemoramus quia, quanta fuerit *Kennicotti* Vus Tum Hebraicum saepe ex Talmudibus et Midraschim emendari posse putantis et ignorantia et incuria, ex iis quae in Dissert. gen. (p. 80, ed. *Bruns*) dicit optime intellegi potest. Haec scribit: „In parte huius operis, quam vocant *Schemoth Rabba*, apparet Rabbinum [sic!] Salomonem textum tum temporis integrum purumque non modo non putasse, sed et uno saltem in loco eum ausum esse corrigere. Ibi enim memoriae prodita est supplicatio literae istius cui ars critica [!] interitum minitabatur (Exod. 25, 31). „ „Ascendit litera Jod et supplex prostrata coram Deo dixit: O dominator mundi! Nonne constituisti ut nulla litera periret de Lege in aeternum? En R. [!] Salomon occupatus est in eo ut me deleat, fortassis hodie abrogabit unam, cras alteram, donec tota lex pereat.“ Hunc Midrasch Kennicottus neque Hebraice legit[184]) neque intellexit. Neque enim de Jod in תיעשה hic verba faciunt Rabbini, sed de prima litera vocis ירבה Deut. 17, 17! Midrasch exstat initio ordinis וָאֵרָא ad Exod. 6, 3 (*Schemoth Rab.* sect. VI fol. 124, 4, ed. Cracov. 1587) ubi de Salomone rege praeceptum legis Mosaicae לא ירבה לו נשים violante haec dicuntur: ואמר למה אמר הק״בה לא ירבה לו נשים? לא בשביל שלא יסור לבבו. אני ארבה ולבי לא יסור. אמרו רבותינו: באותה שעה עלה יו״ד שבירבה ונשתטחה לפני הק״בה וא׳: רבו׳ העולם לא כך אמרת אין אות בטלה מן התורה לעולם? הרי שלמה עומד ומבטל אותי, ושמא היום יבטל אחת ולמחר אחרת עד שתבטל התורה כולה. אמ׳ לה הק״בה שלמה ואלף כיוצא בו יהיו בטלין וקוצה ממך איני מבטל. Idem, paucis verbis mutatis, narratur in *Vajikra Rab.* (מצורע, sect. XIX fol. 185, 4) et *Schir ha-schirim Rab.* ad V, 12 (in מדרש חמש מגילות רבתא, Cracov. 1588, fol. 29, 4), necnon in Talmude Hierosolymitano *Sanhedrin* fol. 30, 3[185]). Nullum hîc artis criticae vestigium! — Ad literam Jod in תיעשה quod attinet, cf. *Aben ʿEzra*, *Lonzano*, *Norzi* ad h. l., *Tychsenii* Tentamen p. 221—223. 23

184) *Wolfius*, ex cuius B. H. II, p. 488 haec attulit, post „Litera Jod“ recte habet „vocis ירבה Deut. 17“, quae verba Kennicottus omisit!

185) Hunc locum Talmud. laudat *Joh. Lightfoot* Horae Hebr. et Talm., ad Matth. 5, 18 (opp. tom. II p. 283a, ed. *Leusden*, Ultraj. 1699 fol.)

24 Exod. 31, 1 וַיְדַבֵּר, *Berachoth* 55a ויאמר (v. s. No 26).

25 Lev. 4, 25. 30. 34 קַרְנֹת defective. *Sanhedrin* 4a: ואמר רב הונא מ״ט דבית שמאי קרנות קרנות קרנות הרי כאן שש, ארבע למצוה ושתים לעכב, ובית הילל אומר קרנות קרנת קרנת הרי כאן ארבע שלש למצוה ואחת לעכב. Eadem *Sebachim* 37b. Secta Hillelis igitur uno loco legit קרנות plene scriptum. *Norzi* et *Lonzano* ad Lev. 4, 34 neque in voce קרנת neque in טטפת ante ת usquam ו literam addendam esse censent, quorum opinioni utrum assentiendum sit necne adhuc in dubio sum.

26 Lev. 10, 12 וַיְדַבֵּר, *Berachoth* 61a ויאמר.

27 Lev. 15, 10 וְהַנּוֹשֵׂא, *Nidda* fol. 33 והנשא כתיב, quod quomodo intellegendum sit (וְהַנִּשָּׂא?) non constat inter viros doctos (v. *Norzi* et *Lonzano* ad h. l.).

28 Lev. 18, 18 וְאִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ לֹא תִקָּח, *Kidduschin* 50b אמר רמי בר חמא דאמר קרא אשה אל אחותה לא תקח. Vav vocis ואשה neglegitur. Tales diversitates saepissime occurrunt (v. s. No 31).

29 Num. 5, 19 אִם לֹא שָׁכַב, *Gittin* 60, *Joma* 37b (v. *Tos.*) אם שכב אם לא שכב. Talmudista אם שכב scribens in mente habuisse videtur v. 13 ושכב איש.

30 Num. 18, 16 וּפְדוּיָו מִבֶּן־חֹדֶשׁ תִּפְדֶּה. In Talmude olim post חדש fuisse vocem ומעלה verisimile est, cf. *Tosaphoth* וחפשנו אחרי המקרא הזה ולא מצאנוהו.

31 Deut. 6, 7 וּבְשָׁכְבְּךָ, *Berachoth* 2a בשכבך (v. s. No 82.)

32 Deut. 6, 9 מְזֻזוֹת, *Menachoth* fol. 34 R. Meïr מזוזת (vel מזזת) sine ו inter ז et ת legisse videtur. Multa de hac voce *Lonzano* ad Dt. 6, 9 et *Norzi* ad Exod. 12, 7.

33 Deut. 6, 20. מָה הָעֵדֹת וְהַחֻקִּים וְהַמִּשְׁפָּטִים אֲשֶׁר צִוָּה יְהוָֹה אֱלֹהֵינוּ אתכם. In Talm. Hier. *Pesachim* cap. X § 4 אותנו, ita *Mechilta* בא fin., LXX, cf. etiam comment. חזקוני, אברבנל, אבן עזרא.

34 Deut. 23, 1 וְלֹא יְגַלֶּה כְּנַף אָבִיו, *Berachoth* 21b את כנף.

35 Deut. 25, 7 לֹא אָבָה יַבְּמִי, *Jebamoth* 106b ר׳ אשי אשכחיה לר׳ כהנא דקא מצטער ומקרי לה ולא אבה יבמי, cf. *Tos.* h. l. לא אבה כתיב בספרים ישנים כן מוכח במסורת. Nonnulli codices *Kennic.* habent ולא.

36 Jos. 3, 17 laudatur *Berachoth* 54a, sed pro הארון ברית יהוה legitur ארון יהוה. Praeterea עד אשר תמו כל הגוי mutatur in עד תום כל העם.

Jos. 10, 11 מִפְּנֵי יִשְׂרָאֵל, *Berachoth* 54b מפני בני ישראל. 37

Jos. 14, 7. 10. Hos versus Talmudistae brevitatis studiosi 38 (v. supra p. 66) sic attulerunt: ʽ*Arachin* 13a: מנלן? דקאמר כלב: בן ארבעים שנה בשלח אותי משה עבד ה׳ מקדש ברנע לרגל את הארץ ועתה אנכי היום בן חמש ושמונים.

Jos. 16, 6 תַּאֲנַת שִׁלֹה, *Sebachim* 118b init. ר׳ אבדימי בר 39 חסא אמר: אמר קרא ולו תאנת שילה, מקום שכל הרֹאֶה אותו מתנאח עליו, *Raschi* חיפשתיו ולא מצאתיו במקרא. Nomen loci ת׳ ש׳ exstat Jos. 16, 6; ולו ת׳ ש׳ nusquam legitur in Bibliis.

Jud. 15, 20. 16, 31 Simson viginti annos iudicasse traditur. 40 In Talm. Hieros. *Sota* fol. 17 haec exstant: כתוב אחד וישפוט את ישראל ארבעים שנה וכתוב אחד והוא שפט את ישראל עשרים שנה. אמר רבי אחא מלמד שהיו הפלשתים יראים ממנו עשרים שנה לאחר מותו כדרך שהיו יראים ממנו עשרים שנה בחייו. Hunc locum, quem omnes fere qui de Talmudis usu critico disputant afferunt, sic interpretatur *R. Jakob b. Chajim* (Praef. Bibl. Rabb. Venet.): ולי נראה דלא קשה מידי הא דשמשון משמע כבדרש. למה נאמר ב׳ פעמים כי שפט את ישראל עשרים שנה? אמר ר׳ אחא מלמד שהיו פלשתים יראים ממנו עשרים שנה לפני מותו ועשרים שנה אחר חייו והיינו ארבעים בתרי זמני דתלמודא לא אמר מאי דכתיב והוא שפט את ישראל ארבעים שנה אלא והוא שפט את ישראל ארבעים שנה דמשמע כבדרש, והשתא אתי שפיר ודוק. Bene *Claudius Cappellanus* [186]) de his verbis: „Tam insigne mendacium quod decepit doctissimum Buxtorfium facile corruet vel sola adductione loci Talmudici.“ Neque vero *Buxtorfius* solus (Anticritica, P. II, c. XII, p. 809) Chajimi praefatione deceptus est, sed etiam *Carpzovius* (Critica Sacra, p. 126. 127, ed. Lips. 1728. 4to) et alii, quorum nemo Talmudem evolvit. Talmudistarum tempore (in uno saltem codice) Jud. 15 ארבעים שנה scriptum fuisse luce clarius est, v. *Cappellanum* (l. l. p. 371—380). Minime vero hoc loco e Talmude textus Biblicus emendandus est, v. *Lucas Gadd* (dissert. philol.-critica aliquot exempla ex Targum et Talmud contra integritatem textus Hebraei allata examinans, sub praesidio Eliae Trägård Gryphiswald. 1775, 4to, p. 13): „nihil ex hoc Talmudistarum effato elicies aliud quam doctores

186) Mare Rabbinicum Infidum p. 350 not., in Fasciculo Xmo Opusculorum quae ad Histor. et Philologiam sacram spectant [ed. *Crenius*], Rotterod. 1706. 16o (Biblioth. Reg. Berol. *Bf* 1220).

illos vitiato qua alterutrum locum exemplari usos fuisse, id quod sine damno conceditur, prout omnium librorum unum vel alterum, imo plura vitiata omni tempore exstitisse nisi delirans nemo negaret. Cur hic non provocatur ad versiones omnes antiquas cum textu Masorethico qua haecce loca omnino conspirantes? Cur non ad Chronologiam?“ — In Talmude Babylonico, tr. *Sota* 10a haec leguntur: אמר שמעון לפני הקדוש ברוך רבונו של עולם זכור לי עשרים (ושתים) שנה ששפטתי את ישראל. In codicibus Biblicis longe plurimis illo tempore numerum XX fuisse quin existimemus facere non possumus. Vox ושתים in Talmude impresso ut glossa uncis inclusa est.

41 I Sam. 2, 24, Eli filiis suis אַל בָּנָי כִּי לֹא טוֹבָה הַשְּׁמֻעָה אֲשֶׁר אָנֹכִי שֹׁמֵעַ מַעֲבִרִים עַם־יְהוָה. *Cappellanus* l. l. p. 365: „Ad illud vocabulum מעבירים (transgredi facientes) nitentes Talmudici [*Sabbath* 55b.] a peccato eximere utrumque filium Heli, sic loquuntur: והכתוב מעבירים, אמר רב הונא בריה דרב יהושע מעבירם כתיב“ i. e. sine Jod inter ר et ם. (V. de h. l. *Capp.* p. 348. 356. 357. 364—371.) — *Raschi*, quem Chajim in praef. ad Bibl. Rabb. laudat, libros bonos habere Jod post Resch testatur.

42 II Sam. 3, 25 להברות, *Sanhedrin* 20a כתיב להכרות וקרי להברות בתחלה להברותו ולבסוף להכרותו, cf. *Jehuda Chajug*, אותיות הנוח, s. v. כרה (*Dukes*, Grammatische Werke des R. Jeh. Ch., Stuttg. 1844, p. 118); *Menachem ben-Saruq*, Lex. rad. בר et כר (ed. *Filipowski*, Lond. 1854, p. 48. 109); *Kimchi*, lib. rad. s. v. כרה. — In haud paucis codicibus *Kennic.* legitur להכרות.

43 II Sam. 24, 15 וַיִּתֵּן יְהוָה דֶּבֶר בְּיִשְׂרָאֵל מֵהַבֹּקֶר וְעַד־עֵת מוֹעֵד, *Joma* fol. 22b p. m. sic laudatur בעם מן הבקר ועד עת מועד.

44 II Reg. 17, 31 נִבְחַז (Sajin magnum), *Sanhedrin* 63b נבחן; *D. Kimchi* quoque in codicibus Nun in fine vocis vidit; cf. etiam *Norzi* h. l.

45 II Reg. 23, 17 laudatur ʿ*Arachin* 33a, sed omittuntur tres voces האלה אשר עשית.

46 Jes. 2, 3. *Pesachim* 88a legimus אֶל־בֵּית pro וְאֶל־בֵּית. Sin Micha 4, 2 laudari mavis, pro גּוֹיִם in Talm. עַמִּים legi dicamus oportet.

47 Jes. 38, 16 וְהַחֲיֵינִי, *Berachoth* 55a ותחייני.

48 Jes. 42, 5. *Bereschith Rabba* s. XII, fol. 15, 3 ר׳ שמעון בן

לקיש אומר מלך בשר ודם עושה ספינה בתחילה הוא מביא קורות ואחר כך הוא מביא ארזים ואחר כך הוא מביא הוגנים ואחר כך הוא מעמיד עליה נווטים, אבל הקב״ה ברא הן ומנהיגיה׳ חדא הוא דכתיב כה אמר האל ה׳ בורא השמים ונוטיה׳ ונווטיה׳ כתיב. Quae verba Latine sic vertit *Havemannus*, Hyle p. 475: „Rex mundanus quando navem aedificat primo adfert trabes et cedros, postea ancoras et tandem illis imponit נווטים nautas. Verum Deus S. B. haec omnia et ductores eorum simul creat, q. d. Jes. 42, 5: Sic dicit Deus Dominus creans caelos ונוטיהם et extendens eos, ונווטיהם כתיב, sed in quibusdam exemplaribus scriptum est: nautas eorum i. e. directores“. ונווטיהם aut merus lapsus calami est, aut R. Simeon duo Vav post Nun invenit in codice allegorico (v. quae supra § 12, p. 68 de libro Meïriano diximus).

Jes. 58, 7 וּמִבְּשָׂרְךָ לֹא תִתְעַלָּם. In Talm. Hieros. *Kethuboth* 49
c. XI § 3 אל תתעלם.

Ezech. c. 40, 48. 47, 1. ʿ*Erubin* 2a דכתיב אל פתח אולם 50
הבית. Haec verba nusquam sic exstant in Scriptura Sacra, cf. *Tosaphoth* (h. l. s. v. דכתיב) זה הפסוק אינו בשום מקום ואר״י דמצינו דכתיב אוּלָם הַבַּיִת (40, 48) ונקרא אחרינא כתי׳ (47, 1) פֶּתַח הַבַּיִת.

Ezech. 44, 9 laudatur *Moʿed Katon* 5a, ubi לשרתני additur. 51
Haec vox deest in cod. Talm. Monac. 95.

Hos. 4, 11 וְתִירוֹשׁ plene. *Joma* 76b רב כהנא רמי כתיב 52
תירש וקרינן תירוש.

ʿAmos 4, 6 וְגַם אֲנִי נָתַתִּי, *Nidda* 65a גם אנכי נתתי. 53

ʿAmos 8, 11 אֵת דִּבְרֵי יְהוָה, *Sabbath* 138b את דבר יהוה 54
Edit. princeps (Bomberg.) habet דברי, edd. Basil. et Benbenist., *Kimchi* et *Aben ʿEzra* legunt דבר, Targ. פתגמא in numero singulari.

Amos 9, 14 וְשַׁבְתִּי אֶת־שְׁבוּת, *Berachoth* 28a in editione 55
princ. legitur הנני משיב את שבית. Editiones recentiores eadem habent quae in codicibus Biblicis exstant.

Micha 4, 2 v. supra ad Jes. 2, 3 (s. No 46).

Zach. 12, 10, *Sukka* 52a: על משיח בן יוסף שנהרג היינו 56
דכתיב והביטו אליו את אשר דקרו, in nostris Bibliis legitur אֵלַי. *Socinus*, multi alii Judaeos textum Sacrum corrupisse dictitarunt, v. *Th. Hackspan*, de usu libror. Rabb. q. 253. 295 (append. ad libr. Nizzachon, Altorf 1644, 4to); *Wolf.* in Bibl. Hebr. II p. 21. 22 laudat *Th. Hackspan.*, disputationum philol. et theol.

sylloge, Altorf. et Norib. 1663, 4to, p. 443. 556, *Hacksp.*, notae philol.-theol. in varia Scripturae loca, Alt. 1664, II p. 1055, *Jo. Ad. Scherzer.*, fasciculus dissertat. theologicar. Lips. 1683, 4to, *Raym. Martin.*, Pugio fidei, P. II. c. XI, p. 411. — Quadraginta codices habent אליו, v. *Kennicott.* diss. gen. p. 142. 337. 238 (ed. *Bruns.*). Praeterea cf. de h. l. *Kenn.* l. l. p. 81.

57 Maleachi 2, 12 יַכְרֵת יְהוָה לָאִישׁ אֲשֶׁר יַעֲשֶׂנָּה עֵר וְעֹנֶה מֵאָהֳלֵי יַעֲקֹב. In multis Talmudis editionibus legimus מאלקי pro מאהלי, neque vero haec diversitas ullius momenti est, nam *Sanhedrin* 82^{a} in ed. princ. et in ed. Benbenist. haec tantum verba laudantur יכרת יהוה לאיש אשר יעשנה ער ועונה.

58 Psalm. 5, 5 כִּי לֹא אֵל־חָפֵץ רֶשַׁע אָתָּה לֹא יְגֻרְךָ רָע, *Chagiga* fol. 12^{b}: לֹא אֵל־חָפֵץ רֶשַׁע אַתָּה, לֹא יָגוּר בִּמְגוּרְךָ רָע. Haec non esse in Bibliis iam auctor *τῶν Tosaphoth* vidit. Talmudista aut e memoria hunc versum attulit aut consulto pro יְגֻרְךָ usus est vocabulo quod facilius intellegitur.[187]

